

No 1.

36
46


220
200

200

400

1.5.12


18




• Kon, Sigismunds Testamente, som skall
förvaras på Biblioteket, 11ta Skåpet. Hvilken
Brent del tillhör, synes på Catalogen. —

med 32

1 ^o 1/2	1/2	1/2	1/2	1/2
1/2	1/2	1/2	1/2	1/2
1/2	1/2	1/2	1/2	1/2
1/2	1/2	1/2	1/2	1/2
1/2	1/2	1/2	1/2	1/2







IN NOMINE
DOMINI
AMEN

NOS SIGISMUNDVS
M DEI GRATIA REX PO:
LONIE, MAGNVS DVX LI:
THVANIE, RVSSIE, REVSIE,
MASOVIE, SAMOGITIE, LI:
VONIE, ^g NEC NON
SVECORVM VANDALVM ^g
HEREDITARIVS

REX

ex lib. ...

Considerantes caducam et lubricam hominum vitam,
in qua nihil est certius morte, nihil incertius hora mortis,
necessarium esse existimauimus, tempestiue statuere et disponere
de ijs, quae immortalem animam et temporalia bona nra concer:
nunt, Nosq; simul et vita huic mortali recte pieq; degenda et cale:
sti itineri vitaeq; immortalis accingere possunt, Sed quoniam sine au:
xilio Dei Omnipotentis nihil recte incipi, neq; fini potest, humili:
ter supplicamus ei, velle diuinam gratiam suam huic instituto nro benignus
adesse, ut in hoc quod modo institimus testamento, et descriptione, et
ultima voluntatis nra, recte et ordine disponamus omnia, neq; scriba:
mus, aut ordinemus quicquam, quod aequitate sit aduersum, vel cau:
sam dissidiorum contentionum aut bellorum cuiquam praeberet;
Ante omnia vero cum hoc calamitoso tempore varia soleant esse:
de hominum decedentium religione opiniones, ita ut aliquando, et sa:
tis bene noti, et celebres catholici ac praecipua Christianitatis capita
etiam si sanctissime in Dno obdormierint, vix effugiant, quin a
Sectaris et haereticis traducantur, quasi sub finem vicia in religi:
one catholica racillauerint. Quod ut vitemus Nos quoq; et nota
sit omnibus Religionis nrae confessio, necessarium ee existimauimus
eam paucis infrascriptis verbis declarare. Primum itaq; omni:
um confitemur, et toto corde credimus, quicquid in sancta Fide
Cath.

Catholica Romana continetur, et quicquid Ecclesia Romana
credere iubet omniaq; à Sacris Canonibus et Oecumenicis Conci-
liis ac præcipue à Sacrosancta Tridentina Synodo Universaliter
tradita, definita, ac declarata indubitanter recipimus, ac pro-
fitemur, simulq; contraria omnia atq; schismata et hæreses
quascunq; ab Ecclesia damnatas et reiectas nos pariter damna-
mus et reijamus. Hanc Sanctam Catholicam fidem integram, et
inviolatam usq; ad extremum vitæ spiritum constantissime (Deo
iuuante) profitemur. Nos Sigismundus III Dei gratia
Rex Polonia Magnus Dux Lithuæ et Sueciæ hereditarius
Rex, sanus per Dei gratiam mente, et corpore tempore quo id
nobis facere libitum fuit Testamentum hoc præsens siue ultimam
voluntatem nostram, post nostrum quando visum fuerit decessum ob-
seruandam et exequendam in vi testamenti vel codicilli vel donationis
causæ mortis, vel causæ donationis inter vivos vel quocunq; alio iu-
ris titulo rectius illa subsistere potest omni meliori modo, via, iure,
causâ, et forma, quibus melius et efficacius fieri poterit, aut
potest, ac debet, descripsimus, atq; condidimus, et ordinauimus,
liberè non coactè, idq; scribi de certa ac determinata scientia
et voluntate nostra mandauimus in hunc qui sequitur modum,
In

In primis quando Deo Optimo Max. visum fuerit Nos se habi-
taculo hoc terreno euocare, animam Nostram peccatricem quidem, sed
diuinam misericordiam et opem implorantem, et de illa optine spe-
rantem humiliter Deo immortali commendamus, eiq; deuote suppli-
camus, ut a se creatam suiq; sanctissimi sanguinis precio redemptam,
protegat, et perpetua felicitatis partem reddat. Ad hoc vero:
B. M. Virg. et omnium S. praecipue vero Petronorum nostrorum:
auxilium imploamus, Corpus nostrum eocanime volumus sepeliri Gra-
uicouid in Ecclesia Cathedrali S. Stanislai in Arce Cracouica in Sa-
cello quod Nobis Seruis Coniugibus, posterisq; Nostris erigimus, Quod da-
nos morte praeventi non finierimus Coequeutores Testamenti huius No-
strum infracti impensis Nostris speciali scheda à Nobis assignandis ad finem
deducant eodem quo capimus opere magifico. Interim vero quo ad:
Structuram eiusdem Sacelli Nostrum finiatam, funus Nostrum in Sacello D.
Sigismundi. Augusti Regis deponi fit. Sumptus qui faciendi:
sunt in obeundo funere Nostrum, ut Ordines Regni largiri velint, de
Prouencionibus bonorum Regalium, quorum perceptio ante obitum No-
strum iure Nobis debebatur, diligenter ab ipsis postulamus; quod
ipsum eo libentius facturos esse confidimus, cum sciant nos ipsis pro:
uen

proventibus mediocriter usos fuisse, neq[ue] illis debitis regnum oner-
asse. Quod preteritis Christiana officium, si Ordines Regni quod
non speramus, neq[ue] exierat, saltem Successorem nostrum in Regno,
nobis haud illibenter praestitutam confidimus, Anticis et Servi-
toribus nostris secundum Registra in speciali scheda à nobis subiecta,
mercedem et stipendia, mercatoribus item et Opificibus, ac aliis qui-
busvis debita, quibus deberi à Thesaurò nostro legitime compertum
fuerit, ex eodem thesauro de proventibus Mensa Regia[rum] nostra, tam-
en, qui nobis pro tempore preterito de residuis debentur, quam
illis, qui ad dispositionem nostram omni iure ad diem usq[ue] sepulturae
nostrae pertinebunt, integrè assignamus. De quo Ordines Re-
gni diligentèr rogamus, maxime cum nos plurima in Republi-
cum et commoda, ex avario nostro privato impenderimus, cum
aliis, tum vero imprimis in bellis, Moschovitico, et quòd hoc tempore
pro salute et incolumitate Regni huius geritur, omnium gravis-
simo Turcico, ad quod nunc nos ipsi in persona nostra proficisci sumus,
Serenissimam Regnam Constantiam conjugem Nostram Charissimam
diligenter commendamus. Fidei et propensionis Ampliss. Senatus
Regni Magniq[ue] Ducatus Lithu[aniae] cum ceteris Ordinibus, ut si ita
Deo

Deo visum fuerit, Nobis orbata extiterit, in fine ipsorum beneuolen-
tia, consilio et ope tuto conuiescere, iuraq^s sua in nonnullis Regni:
et Magni Ducatus Lithu: bonis consensu omnium Ordinum Regni:
stabilita salua et integra non modo retinere, verum pro dignitate
sua Regia vitam commodè transigere possit Quo quidem Amplissimi
Ordines fama dignitatij^s in die huius Regni Magniq^s Duc Lithu:
consuluisse se, tum quor^s nro meritovm q^s Honorum non inuicem emores fu-
isse praclare testantur.

Secundum quoq^s Principes Alie^s Etiamq^s Nobis Charma
similiter commendamus Fidei et beneuolentia incliti eiusdem Re-
gni et M^d omnes, ut qua fide studio et constantia Regum
suorum prolem antea semper prosequi, magna cum laude nominis sui
consequerentur, eadem liberos quoq^s suos, atq^s imprimis natu Maiorem
Wadislauum Sigismundum. Qui hoc tempore contra imma-
nissimum Regni huius hostem in caeteris peritiorum Jac abies:
coes liberos nros compleri ueri ac protegere uelint, Cuius quidem
coes liberos nros commendamus etiam Serma Regina Constantia
coniugi nra Charissima, ac fraterca Serma Principi Dno Ferd:
nando Imperi Rom: Dno Affini nro Charissimo rogamus q^s Sac:
Cas: ipsiusq^s Matrem diligentissime, Et quo amore, Nos et Sermas
Con

conjuges Vras, primum quidem Serenam Annam olim conjugem Vram
desideratissimam, tam et Serenam Constantiam consortem Vram Char-
issimi: Sorores vero suas germanas prosequuta est, et prosequitur, eodem
Sereno libens Vris ex illis procreatos complectatur visum cum incli-
ti Regni Poloniae et M^o D^o Lith: amplissimo Senatu prudenti consilio
et auxilio ac omni paterna et fraterna sollicitudine benivolentissimo
ad eam velit bonam educationem praesertim minorum natu, ac imprimis
filia Vnica, nec non fortunas omnium dignitatem, honores, curam, con-
ducq; habeat, et promoveat, Quem admodum et Senatum Regni, et
M^o D^o Lith: Ordines pro singulari sua et constanti erga Nos fide
et Sac: ipsius Cas: M^otem pro Vro vicissim amore, et sanguinis
coniunctione facturam esse nihil omnino dubitamus, atq; a deo
propius confidimus. Serenissimis Principibus Filiis Vris Char:
communiterv omnib; tam et Filia Vra Vnica legamus primo loco
pietatem et timorem D^ei, qui est initium sapientia, quem Impr
et in omnibus consiliis factisq; suis diligenter praeculis habe-
bunt, unaq; in Religione Catholica Romana summa constan-
tia firmes ad extremam spiritum suum perseverabunt, neq;
ab ea ulla unquam ratione veli se patientur iustitiam Imper colent
pauperibus afflictis oppressis opulabuntur, concordiam inprimis
et

et amorem fraternum mutuo conservabunt, erga Serenam Parentem de-
bitum et filialem honorem ac observantiam sub paterna benedictione
perpetuo testificari studebunt, nihil unquam indignum genere Regis, aut
à Christiana pietate alienum admittent nullis denique adversitatibus
nullis periculis animo succumbent, Serenissimum Principem Wa-
distaum Sigismundum Filium nostrum natu maiorem institui-
mus ac nominamus heredem Universalem Regni nostri heredi-
tarii Sueciae, eidemque Serenissimo Principi Wadislao Sigismundo Filio
nostro Charissimo legamus hoc idem Regnum nostrum hereditarium Sue-
ciae quemadmodum illud D.D. olim Serenissimi Reges Patrens et
avus noster possederunt, ita ut generalitas specialitati, et spe-
cialitas generalitati nihil prorsus deroget, Caeterum minoribus na-
tu Serenissimo Filio nostro assignamus et attribuimus in eodem Regno
Sueciae sortem, quae pro more et consuetudine eiusdem Regni se-
cundo et ulterius generis Regum filijs et filiabus assignantur.
Eidem Serenissimo Principi Wadislao Sigismundo Regni Sueciae heredi-
tario pro damus, et legamus bona omnia nostra mobilia quovis modo ad nos
in Regno Sueciae spectantia, et Nobis quacumque ratione competentia,
si tamen, quod D.E. avertat, idem Primogenitus et natu maior
Filius noster Wadislavus Sigismundus sine prole mascula decesserit
tunc

tunc iuxta praescriptum tabularum eiusdem Regni Sueciae de suc-
cessione caesarum, Secundo genitus ipsiusq[ue] proles mascula ex cum-
bis eius descendens, et sic consequenter ad successionem eiusdem
Regni Sueciae iure perpetuo ac hereditario pertinebunt

Quem Principibus Filii Nostri Charis coniunctim om-
nibus legamus, bona nra omnia in Regno Neapolitano et Ducatu
Baren[si] existentia, nobis quacumq[ue] ratione competentia, vel debita mo-
bilia et immobilia iura, actiones, pecuniarumq[ue] quantitates, sum-
masq[ue] quasuis ibidem existentes, nominatim vero summam Qua-
dringentorum triginta millium Ducatorum Neapolitanorum in
Dona Foggia, tam et summam Ducatorum Sexaginta Millium
in teloneo Seta in eodem Regno Neapolitano nobis inscripto
nec non aliam summam capitalem Ducatorum Octodecim Millium
apud Cameram Neapolitanam exigenda, earumq[ue] summarum
census et redditus ac rationes, nomina debitorum praesentia
praeterita et futura vbiunq[ue] et quacumq[ue] in Regno Neapoli-
tano, et Duc. Baren[si] posita et iacentia, ad nos quouis iure
causa, titulo, spectantia, cum eodem omni pleno, saluo, et inte-
gro iure, tituloq[ue] prout ea ipsi nos possedimus, exegimus, ha-

fuimus, uel habere debebamus, nihil penitus excipiendo Secunda
tamen Principi Anna Sorori Nra Charita tenebuntur Secundi Principis
Fili Nri dare et concedere dimidiam partem reddituum annuorum,
de Doua Soggia tantum ad uita ipsius Seruis extrema tempora,
quemadmodum et Nos ipsi eandem medietatem eor a more fraterno
Serui eius ultro concesseramus. Cuius uero Seruis erit obligata ad:
dimidiam itidem partem onerum et litium expensarum, q̄ in exi-
genda hac summa, et in tractandis negotiis Neapolitanis fiunt, e-
rantue facienda Post mortem uero ipsius, totus is census una cum
summa Principali Seruis Principibus Filiis Nris ex aq̄uo itidem ce-
dere debet. Ceterum quod attinet ad pia opera et legata Ecclē:
sua imprimis Cathedrali S̄ Stanislai in arce Cracouien̄ damus et
legamus, Planetam seu Casulam de panno aureo rubei coloris,
cum fasciis uulgo passamonii de margaritis elaboratis, tum et Dal-
maticis cum antependiis eiusdem coloris et materie. Ac insuper li-
brum Euangeliorum in expugnatione arais Smolenscen̄ acquisitum, ar-
gento inaurato obductum eidem Ecclēsie Cathedrali donamus, Pro
annuorariis quoq̄ nris in eadem Ecclēsia tam à Canoniceis, quam et à Mi-
nistris simul et semel quouis anno, tempore congruo, celebrandis summa
mille Floren̄ ex pecunia parua damus atq̄ legamus.

Pro

Pro ornamento in seculo Ecclesie SS Petri et Pauli Craxion quam sum-
ptibus nostris magnifice excoimus decem Millia floren, ex parata pecu-
nia qua post obitum Nrum in peculio Nro reposita fuerit assignamus atq;
legamus.

Pro fabrica Sacelli in qua Nos et Diua olim coniuncta nostra atq;
defuncti libere nostri condidit damus et legamus tria millia Flor.
de redditibus atq; ex summis Neapolitanis prouentionibus censibus
singulis annis percipiendis, tam diu donec opus totum Sacelli perfici-
ciatur secundum exemplum ac delineationem à Nobis ad euen-
da hanc fabricam relictam.

Quod Termini Illi nostri Charissimi vigore legati in dictis Summis et cen-
sibus ipsis facti non modo non denegabunt aut impedient, verum et
ex pietate sua et amore erga nos omni studio promouebunt et adiu-
uabunt Insuper ad hoc ipsum Sacellum Nrum damus et legamus qua-
tuor Candelabra Nra argentea maiora et crucem ac duos calices argen-
teos inauratos, tum et duas ampullas et peluim cum gutturibus, qd
inter Sacra suppellectilem Nram argentea maiora et crucem ac
~~duos calices argenteos inauratos, tum et duas ampullas~~ apud
Ceniam asseruantur, prout et quatuor planetas seu cassulas, pri-
mam de tellecta alba quam cum opera vocant, et huc similes duas
Dal

Dalmaticas de telea aurea pulgè cum opera. Tertiam de panno aureo, vi-
ribus coloris et duas dalmaticas povidis teleae cum opera. Quartam de
panno aureo violacei coloris cum antependio et duabus Dalmaticis
quae omnia sunt in custodia clerici Sacelli Nri Curialis. Denique sum-
mam viginti millium Flor. floren. ex deposito Nro seu parata pecunia
quam pacto obitum Nrum in pecunie privato relinquentis pro fundare
eiusdem Sacelli Nri legamus et dotamus. Pro qua quidem summa
bona aequivalentia vel census aliquis perpetuus ad Exeutoribus no-
stris comparari de, ita ut Sacerdotes iuxta proportionem reddituum eius-
dem fundationis ad obeunda officia divina in dicto Sacello constitu-
endi singulis diebus in altari eiusdem Sacelli de Spiritu Sancto
eum commemorare pro anima defuncti Fundatoris, Missam quili-
bet ipsorum celebret, singulis vero diebus. Iovis et Sabbathi Missam
de B. M. Virgine cum Introitu Salve Sancta et temporibus per-
petuis decantent. Coronam auream gemmis exornatam qua
fuit Joanni Tudescho insigniorata à Nois viginti Millibus floren.
redemptam, pro Nro erga hoc Regnum Paterno studio et affectione
citra omnem supra dicta summa restitutionem Reip. liberaliter do-
namus et restituimus. Ad montem Pietatis Cracoviae clamus et
legamus, sex millia floren. de parata pecunia à Nobis in privato
pe:

peculio relinquenda

Monialibus S. Agnetis Stradoniensis apud Cracoviam damus et legamus
de parata itidem pecunia mille Flor. Polonicarum

Monialibus Dni Bernardini Varsanienſis de parata pecunia legamus
mille floren. Polonicas.

Item Monialibus Dni Bernardini Varsanienſis de parata pecunia
mille floren. Poln. legamus,

Fratribus Bernardinis Cracoviensibus de parata pecunia duo millia
flor. Pol. legamus.

Fratribus itidem Bernardinis Varsanienſibus duo millia flor. damus,

Fraternitati Misericordie Cracoviensis tria millia flor. Polon. de
parata pecunia legamus.

Servae Reginae Constantiae coniugi Sræ Charitæ damus et legamus
omnes nras & reliquias in ebene, auro et lapidibus, uel gemmis
adornatas, Statuas itidem aureas duo decim. Apolloniam super
basim ex ebene positas una cum Statua Salvatoris et Statuis

B. M. Virginis atq; Crucifixi, ac deniq; S. Sigismundi Alaricis
aureis, et si quæ aliæ supra iam recensitas ex auro fabricata
fuerint, eidem Servae Reginae consorti Sræ legamus Saphyrum
quoq; parvum unicorni auro insertum, gemmisq; ornatum, Scutum
in

in super auream cum gutturo paruo aureo à militibus emptum cum
in signibus Moschonicis, Vasa item argentea omnia et singula tam nau:
rata quam pura argentea, quæ nunc sunt, et importentur à Nobis compara:
buntur, per medium cum Sermo Principe Vladislao diuidentia eadem
Seruicia Consorti nra damus et legamus us duntaxat acceptis quæ
specialiter eidem Principi Vladislao à nobis legata sunt, Stulca.
deniq; auro intexta petras septem à Dnis Seruicis nobis dono
datas, tum ex baldachino ex aureo panno vulgo riccio sopra ric:
cio pagilionem pro lecto similem, et tegumentum pro mensa eiusdem
(materie)

Sermo Vladislao Sigismunde Filio nro Charo damus et legamus
Monile insigne, quod ex Suecia attulimus constans ex adamantibus
et margaritis præstantibus quibus inserti sunt adamantes oblon:
giores à quo dependet monile ex adamante insigni oblongo et tribus
margaritis grandibus, estq; hoc hereditarium Genodum Seruicium
Regum Suecia et maioris natu Filii, Eisdem Crucem magnam in ebore
auream cum gemmis diuersi generis et margaritis. Eisdem torqm
cum adamantibus habenti nexus oblongos, in quibus necu vtra alios
adamantes minores inserti sunt, quatuor maiores adamantes,
triangulares. Eisdem torquem similem priori ex rubinis quorum V:
trans

Vnamq̄ à Philippo Stolbein comparauimus. Torquem item u
essij, cui inserti sunt adamantes rubini et margaritæ. Eadem
coronam seu diadema Moschouiticum, Eadem torquem auro cum
cum adamantibus rubinis et margaritis à quo pender monile,
cum compluribus tuis. Et in superiori parte Corona itidem
cum adamantibus, inferius uero una margarita pender. Eadem
cinctorium pro pileo vulgo. Hirsibands cum duodecim feretis
in quolibet quinq̄ adamantes auri, cum monili vulgo Zapona
cornucopia dicitur cum adamantibus et rubinis in medio p̄o in
signis adamas, et in superiori parte tres margaritæ excellentes.
Eadem annulum cum adamante auro grandi cui nulla subest,
ut vulgo dicitur folga, Eadem duas cistas uaria suppellectilis!
aurea, Eadem Sceptrum et pomum quæ à pia olim memoria Mre
Nra iure successionis nobis fesserunt, Eadem tres cistas uaria
suppellectilis argentea deaurata. Eadem frameam auro diamen
tis insertis cooperta, Eadem aulam auro intertextam historiam
Adami habentem, cum attinentiis eorum, nec non cum balclachino
ricamato lecto ex ebene argento elaborato, papilionem ricamato
ex panno auro rubei coloris cum cooperta ricamata et aliis
ad lectum hunc pertinentibus. Porremo Cenodia omnia fe
licis recordationis Serma Regina Anna Coniugis Nra de corde
ratisimæ

ratissima, ac in super viginti quinque millia aureorum Ungaricorum ab
eadem olim coniuge nra relicta, nec non et alia itidem viginti quinque mil
lia aureorum Ungaricorum ex mera liberalitate nra eidem Principi
Filio nro damus et legamus. Summam quoque quinquaginta millium Flo
renor Polon in qua certa claudia Regni Polonia in Vultu belli Suenici
Electori Brandeburgico oppignorata fuerunt, Nobis pro ab eodem Ele
ctore dono data sunt eidem Principi Wadislao damus. Ceterum
omnes alias summas pecuniarias quacumque tam in aureis, quam in taleris
seu alia quacumque moneta post obitum nrum reperta fuerint, praeter su
pra scriptas summas Principi Wadislao legatae, Sermae coniugi Nostrae
damus et legamus, ita tamen ut eadem Sermae, coniunx nra omnibus et
singulis legatis ad pias causas et fundationibus superius a Nobis ex
pressis ex iisdem summis pecuniariis sibi legatis plene et integre sa
tisfaciat. Sermo Principi Joanni Casimiro Filio nro Cha
rissimo damus et legamus Spacham, quae a Sermo Parente nro nobis
dono data fuit, ad modernum verum usum pro primis nris nuptiis acco
modata est gemmis et margaritis elaboratam cum circulo et pen
denti similiter elaborato, eidem Torquem iulgo Halszbandt quam
legavit Nobis Serenissima olim Anna Regina Matertera nra
cum adamantibus elaboratis, ad instar rosa. Eidem circulo
suo piteo simile torqui superius ad instar rosa cum adamantibus
et

et monile vulgo Zapona diuersa armorum genera representans. Eadem
annulum sponsalium quem à Serma Regina Constantia coniuge N^{ra}
ipso sponsalium et coronationis tempore accepimus, Eadem torquem in
Lisy dice cum Adamantibus et gemmis. Aulca item sericeo inter:
texta historiam Sijonis representantia, qua ab Uelore Bran:
deburgico nobis donata fuerunt, Prag baldachinum cum papilione
ad perornand lectum pertinente, ex panno auro coloris albi, ac de:
nig. eistam cum argenteo inaurato quam à successoribus olim Mar:
schaleri Maszkou comparauimus eidem Casimiro Principi Fido
N^{ro} datus et legamus, Sermo Principi Joanni Alberto Fi:
lio N^{ro} charissimo datus et legamus altare argenteum cum sex
candelabris argenteis et Crucifixo itidem argenteo Augsburgi fabre
factis, Statua item auream S. Andreae Ap^{li}. Aulca item ex colu:
mnis partim auro intertextis vulgo teleca dice flauis coloris partim
sericeis vulgo axamix dice constantia una cum fascia superiori nica:
mata et baldachino simili eidem datus et legamus,
Sermo Principi Carolo Filio N^{ro} Char^{mo} spada auro cum adu:
mantibus et rubinis coopertam una cum pugione vulgo
cigulo et pendente simili antiqui operis absq. margaritis et monili
vulgo Zapona simili à Natam aurifice coempto. Eadem torquem cum
rubinis et margaritis in Lisy dictum, Eadem annulum sponsa:
li.

litium Nobis in primis sponsalitijs Serenissimae Reginae Con:
stantiae per Legatos Nros datum, Aulica quoque auro intertexta quatuor
petras quae à Dno Percunius nobis donata fuerunt cum baldachino
et panno aureo albi et caerulei coloris nuncio sopra viccio dice, Se:
lectum cum ornamentis quo utebatur Serenissima Archiduchessa Maria
Christioma in nuptiis Nris eidem Filio Nro damus et legamus
Serenissimo Principi Alexandro Filio Nro Charissimo Spadam cum
manubrio aureo cingulo et pendenti ad eam spectante Zonam seu
fasciam supra pileum ex adamantibus et gemmis factam qm Serenissima
coniunx Nra moderna Nobis donavit, cum rapona ad eam pertinente cum
adamantibus et margaritis quem diebus Dominicis ut plurimum
deferre solemus, Aulica quoque Historiam Troianam continentem cum
baldachino eidem Filio Nro damus et relinquimus. Serenissima Prin:
cipissa Anna Catharina Filia Nra dilectissima torquem triplicatum
ex adamantibus ut pote cuius articulo inserti sunt quatuor adla:
mantes, eidem torquem triplicatum superiori similem in quo vis ar:
ticulo quatuor rubinos habentem, cum et tertium torquem in quo nex:
partim ex rubinis partim ex adamantibus constant, quem à Serenissima
coniunx Nra anno praesenti habuimus dono, eidem triginta duas
seretas cum adamantibus in quolibet decem novem adamantes,
eidem tres dozina, seretorum cum adamantibus et rubinis

qui pro tempore diversis Vestibus nris accomodari so Cent, tum et
alios feretos ad effigiem stellarum, qui insunt p[re]sco N[ost]ro. Pasiam
item Vulgo Distans in Formam Coronae factam ex Adamanti-
bis et rubinis, ac insuper torquem ex margaritis orientaliibus in fi-
lum collectis centum et quinquaginta margaritis constantem eidem
Filia N[ost]ra damus et legamus. Serma Principi Anna Lucia Pi
Sorori N[ost]rae Charissimam annulum adamantinum satis insignem a-
cutum circa quem sunt quatuor adamantes triangulares, et minuti-
ores octo, Eidem tenadium simile. Aurum ex Adamantibus compositum
ex quo dependunt tres margaritae orientales mediocres. Eodem auro
de damasco rubes et teleca auro, Eidem torquem cum Adamantibus
et rubinis damus et legamus. Ceterum auro omnia quaecumq[ue]
ultra legata precedentia supererunt Serenissima Regina Constan-
tia coniunx n[ost]ra una cum Principe Wadislao ex aequis partibus inter
se dividunt, non dividentes ea quae unam historiam continent. Porro
vestes N[ost]ras omni generis quocumq[ue] n[ost]re vocentur, ornamenta ipsar[um]
et bottones circa eas ex gemmis et auro, omnes quocumq[ue] cordellas
et medalias p[re]sconem (quacumq[ue] ex his a Nobis legata d[omi]no)
item arma omnia, ep[ist]oppia et alia quaecumq[ue] ad exornandum
equum spectant, Serms Principibus Filiis N[ost]ris Charissimis et
qualiter dividenda legamus, His iusdem Serms Principibus

Filiis Nris Charms datus et legamus, omnia alia quibus bona mo-
bilia. (Ea quae superius legata sunt excipientes) quous modo ad
nos in Regno Polonia spectantia, tenodia, aurum et argentum, (praeter:
summas pecuniarias, et vasa argentea superius Sermae coniugi nrae le-
gata) et quicquid rerum nostrarum post mortem nram reuertum fuerit
tum et debita, iura, actiones, nomina debitorum praeterita et praesentia, et
in vniuersum omnia (praeter legatis exceptis) quaecumq; bonorum mobilium
nomine censentur, atq; ad nos aliqua ratione spectant, aut spectare
possunt. Ceterum cum Deus Optimus Max: in rebus humanis
nihil firmum et stabile esse voluerit, si forte ipsi placuerit (quod
ut auertat humillime supplicamus) Seruum Vladislauum Fi-
lium nrum primo genitum de hoc terreno ergastulo euocare, tunc
Seruum Filium nrum Ioannem Casimirum secundo genitum, et eod
similiter decedente tertio genitum, et sic consequenter substituimus et
institui mus heredem. His vero quod absit deficientebus Seruam
Reginam Constantiam coniugem nram Charmae ex dimidia parte,
Seruam veri Principem Annam Catharinam Filiam nram Char-
mae et alia dimidia parte omnium supradictorum bonorum nrorum
quous modo post obitum nram ad Seruos Principes Filios nros
in Regno Polonia Suediae et M. Lith: vel vbi cumq; alibi spe:
ctant

etantium heredes constituimus et ordinamus. His vero quod ab eis
omnibus deficientibus, tum demum Serenam Principem Annam Succ:
Infantem Sororem Nostram obarniam substituimus, et heredem omnium
honorum sup: recensitorum esse volumus. Obligamus vero Ser^{te} ipsam
supra expressas ad eadem omnia onera et legata praestanda quae Ser:
mi Principes Filii Nri ut sup: commemoratum est vigore huius Te:
stamenti praestare tenerentur.

Et quia libera est et ambulatoria huius Voluntas, reservamus nobis fa:
cultatem integram praesens testamentum Nostrum, siue codicillum, quando
cum nobis visum fuerit, mutandi vel infringendi in parte vel in toto
sicut nobis placuerit, Cur quidem voluntati Nostrae ut in omnibus satis
fuit Executores huius Testamenti Nri et ultimae voluntatis huius no:
minamus, deputamus, et instituimus Reueros in Christo Patres
Dn^m Laurentium Zembickij Archiep^m Gnesnensem D^m Martinum
Szyrkowskij Ep^m Cracouensem, Dn^m Andream Lipski Ep^m
Vladislauicensem et Pomeraniae, Dn^m Eustachium Wolowicz Ep^m
Wilnensem Nros et Magistros Dnos Georgium Ducem in Tauraz
Castellanum Cracouensem Joannem a Fenexyn Comitem Palatinum
Cracouensem Leonem Sapieha Palatinum Wilnensem Albertum Stanislau
Radziuic Cancellarium. M^d Lith: Venceslanum Leszczyński Re:
gar

Jni Vicecancellarium Nicolaum Danilowicz Thesaurarium Regni,
Joannem Koniecpolski Exercituum Regni Campiductorem quibus
damus et concedimus plenam facultatem, et absolutam Potestatem
ac generale mandatum ad exequendum hoc pns testamentum nrum
in omnibus eius punctis et clausulis. Hortamur autem diligentè;
atq; etiam rogamus supradictos Equitiores huius nræ potestatis
voluntatis, ut memores nræ ipsius præstitæ benivolentiæ, memores
conditionis humanæ, memores iustissimum et immortalem Deum
esse actionum humanarum inspectorem, et vindicem accorinum,
velint diligentè in eam curam incumbere, ut quæ fidei eorum in
hoc testamento committimus ea diligentè integrè ac fidelissimè
exequantur omnia, Serma Coniugis nræ Charinæ, nec non Ser^{mo}
Filiorum nrorum dignitati, honori, et utilitati, consulant, fortu-
nasq; eorum omnibus et publice et priuatim in quæ fieri poterit
faueant, ut coram extremo iudici DES nræ sub ipsius confidentiâ
satisfecisse conspiciantur, in quo conscientias eorum oneramus.

Seruum quoq; Principem Wladislaum charinum Filium nrum
pro nræ auctoritate paternamenu. et rogamus ut Reuerentiâ
omnemq; debitam obseruam Serma Regina Constantiæ coniugi
nræ charinæ exhibeat, ergaq; illam iuxta speciale scriptum
manu nræ de data Lublini die 3 Octobris Anno Dni 1521

ex aratum se gerat, in quo consentiam ipsius obligamus.
Cum autem sub ipsum Testamenti huius Principium auxilium
Luium impiorum, ut ne quid ee, quod minus equitati
eet consentaneum, vel dissidia contentionesq; facere possit compre-
henderemus, omnino piissim necessario ee diximus, fidem nostram
erga Regnum hoc negram ac Regiam existimationem absq; ultimo
hoc innocentia nostra testimonio et indefensam haud quaquam relin-
quere. Nam superioribus temporibus sparsi fuerunt per Vniuersum
Regnum rumores quidam consiliorum a Nobis contra liberam electi-
onem susceptorum, tum etiam affectati Domini, oppressionisq; liber-
tatis publicae. Et quamuis ij potmodum uti nullo in nisi fundamen-
to rari apparuerint, atq; sponte ipsemet corruerint, cum nec pu-
blice, nec priuatum ullo saltem probabili argumento a quoquam con-
firmari potuerint, prout omnibus in confesso est, et Acta Pu-
blica Regni et Comitiorum Generalium testantur, attamen ut
omnis ee uiuentibus et futuris adimatur scrupulus, conscientiam
Nostram Deumq; ipsum internum cogitatorum et actionum nostrum
inspectorem sancte testamur. Nos nulla neq; aperta, nec clandesti-
na, cum quoquam de Regno hoc tradendo, vel commutando agi-
tasse consilia, nec quicquam in hoc genere attentasse, ac ne
cuj

cogitasse quidem, multominus consilia acedensq; aras se direxisse ut li-
bertatis sua iacturam pateretur, Nobilitas Polona, viribusq; et immu-
nitatibus suis auctis, potentia aut violentia nra caederet.


Hec ergo suprascripta omnia et singula volumus esse verum et unum
Testamentum et ultimam voluntatem nram derogatoriam, cuius
alteri Testamento vel ultimae voluntati nrae, per Nos quancumq;
retroactis temporibus scripta aut confecta, Et in eius rei fidem
a Nobis ipsis diligenter perlectam manu nra subscripsimus, et si-
gillo Regni muneri iurimus. Actum et datum Varsoviae
die quinta Maij Anno Dni Millesimo Sexcentesimo
Trigesimo Tertio Regnorum Nrorum Poloniae LX
Sueciae LXX

Sigismundus Rex

Włocławek dnia 5 Maja 1633
Władysław Sigismund
Książę w Polce i Szwecji.

Uwaga: Ten tekst jest napisany w języku polskim i dotyczy testamentu króla Sigismunda III Wazy. Tekst jest napisany w języku polskim i dotyczy testamentu króla Sigismunda III Wazy. Tekst jest napisany w języku polskim i dotyczy testamentu króla Sigismunda III Wazy.

Testament auß diesem Zweck referire daß ich diesen Summeln
wie es mit dem Deposito dem Goldt soll gehalten werden
So den fünff hundert und vierzig über die fünf hundert
aus der tausend Ducaten So die vier hundert fünfzig
Ducaten. Von dem hat auch fünf hundert vierzig tausend
Ducaten. Von dem in alles vierzig fünfzig tausend Ducaten
sich. Von dem übriges gold soll alle alle almeß was
in dem Testament dem Goldt darwider nicht auß dem
Nicht gemacht habe nicht gemacht werden. Von dem
Goldt sollen in Goldt die hundert hundert hundert
was mit meinem abgeben nicht darwider sich
Goldt sollen der Königin meinem allerliebsten Gemah
lin summe vierzig hundert fünfzig hundert hundert
nicht hundert fünfzig hundert. Wie ich die auch von
meinem daß die vier hundert hundert hundert hundert
Lied haben nicht diesen alle fünfzig hundert hundert
Wort ich summe vierzig hundert fünfzig hundert hundert
Vier Goldt was mein summe nicht hundert hundert
sich. Ich in die hundert hundert hundert hundert hundert
Datum Lublin den 3 Octobr
1624

 Sigismundus Rex

IN NOMINE SAN
CTISSIMÆ & INDIVI
DVÆ TRINITATIS P.
TRIS & FILII & SPIRITUS
TUS SANCTI
AMEN

MOS VLADISLAVS QVARTVS
Dei gratia Rex Polonia, Magnus
Dux Lithuania, Russia, Prussia, Ma:
sovia, Lauonia, Smolenscia, Seueria,
Czerniechouia Nec non Sveccorum,
Gottorum, Vandalorumq; Harius
R EX



Quum nulla sit tam constans et diuturna rebus humanis felicitas, quae supremi fati vim perfringere, sortemque vitæ æterna lege dispositam superare queat, et altissima quoque Principum Regumque fastigia Divini Providentiæ Numinis ita disponente, in evitabili mortalitatis necessitate succumbant, alienum semper à Regali et Christiana prudentia duximus, ætati precibus, et fortuna fidere interque fasces et sceptra, quasi suprema dies immemores, tempus decensus nostri consignatione tabularum ultimæ voluntatis non prævenire. Quapropter quemadmodum retroactis annis Iustam eorum Dispositionis vestræ et resignationis in manus Omnipotentis Dei confecimus, ita hanc quoque præsentem Dispositionem vestram, venerabundè ante eum qui auferit Spiritum Principum, procumbentes, pari zelo et pietate nec dissimili in Tempore ac Posteris nostris studio describimus, ac consignamus, ad præ ante omnia Divinæ eiusdem Bonitatis infinitis gratiis, pro immensis quæ toti huius mortalis labilisque vitæ decursu exoptari sumus beneficiis, inter quæ Primum summumque ducimus, quod in Ecclesia Romana S. Cathedræ et Apostolicæ, Nos inter Cætus Regales præcipui et enutriti ac in te erant, servari volueret, cuius institutione et ducem quemadmodum alias ab omnibus Christianorum huiusmodi districtius vehementer adhoruimus, et profana illa novarum rerum studia semper ex ultimo animi sensu exorati

orati sumus, ita hac etiam ultima voluntatis N^{rae} conijunctione, te-
statum relinquimus, hanc esse ac fore cum Deignata mentem Nostram
ad extremum usq[ue] uita spiritum, ideoq[ue] reiectis damnatisq[ue] omnibus uete-
rum et Recentiorum Haereticorum Dogmatibus, et improbatâ quâuis
Schismatum licentiâ id solum, et omne amplectimur et profiteamur, et dum
uiuimus, auxiliante misericordi D^e profiteamur et amplectemur
quod docet, et tenet eadem Mater Ecclesia quodq[ue] tum aliis in Sacris
Oecumenicis Conciliis, et Sanctissimis Patrum institutis, tum potissime
in Sacro Sancta Tridentina Vniuersali Synodo declaratum, tractatum,
definitum et sanctum est.

His praemissis Nos **Wladislaus IV** Poloniae et Sueciae Rex
sanus mente et corpore Testamentum hoc seu ultimam voluntatē
Nostram post decessum Nostrum obseruandam et exequendam in Vim
testamenti, uel Codicilli, uel donationis caâ mortis, uel Donatio
inter uiuos, uel alioquo cuiq[ue] iuris titulo rectius subsistere poterit,
omni meliori uia, uere, causa, et forma quibus melius aut efficacius
fieri poterit, et potest aut debet, liberè non coactè, condidimus et
ordinauimus, atq[ue] scribi de certa scientia et Determinata.

Nostrâ Voluntate, in hunc qui sequitur modum Mandauimus
Atq[ue] imperius quidem animam Nostram quamprimum D^e hunc
et

et imperio, corpus deserere iussa alterius seculi uiam spectauerunt
in manus eiusdem prapotentis DEI humiliter tradimus, et com:
mendamus, erecti in spem diuinae misericordiae quae quae admodum
ab ipsis infantia primordii, totq; deinceps uita curam, ineffabili
nos benignitate prosequi, suisq; miserationibus circumquaq; coronare,
et amplificare uoluit, ita in illo quaq; ultimo Resolutionis hrae momento,
a quo tota pendebit aeternitas, ex alto misericordiae clementiae ad eē,
et peccatrici animae Sanctissimi Sanguinis Iesu Christi Saluatoris Nri
precio redemptae, misericorditer indulgere, eamq; felicitatis aeternae
participem facere dignabitur, Quae spes nra ut tanto sit firmior, ad
DEI nri misericordiaeq; Mrem Mariam Dominam et singula:
rissimam Patronam hram tota animi fiducia recurrimus, eiusq;
et aliorum Patronorum hrorum ac totius caelestis curiae intercessio:
nem in subsidium insufficientiae hrae humillimē imploramus.

Corpus Nram ad Basilicam Aui Cracouien' Diui Stanislai in Sa:
cella hro Regio condi volumus, si Sacellum illud iuxta testamentaria
ordinationem Serui Parentis hri iam tunc exa'dificatum fuerit, si
minus ibi deponatur, ubi Sermorum Parentum hrorum corpora re:
quiescunt, ut vero idem Sacellum quamprimum secundum decora:
tionem et ordinationem Diui Parentis hri, erigatur, ac in illud,
corpora Regia Domus hrae transferantur, omnino volumus.

Quod vero ad sumptus etruclura attinet, mentem, Voluntatemq;
Vram paulo post sufficienter explicabimus.

Sumptus Funeris ut amplissimi Ordinis Regni et Magni Ducatus
Lithuanie provideant benignè postulamus. facturumq; id facile
confidimus, cum ob sincerum Vrum erga Reip: studium, orandamq;
eius et amplexandam constantem Voluntatem, cum ob graves impensas
Vras in bella et expeditiones Moschouiticam, Ruthenicam, Turcicam,
à Vobis feliciter et gloriose Deo auspicante susceptas et gestas.
Quod pietatis Christianae officium si Ordines Regni (qui et non
operamur) neglexerint, saltem successorem Vrum in Regno
Vobis aut illi certè praeferendum confidimus.

Serenissimam Mariam Adolicam Coniugem Vram dilectissimam
inchois Regni Magni Ducatus Lithuanie Ordinis, Maiorem
in modum commendamus, summo ab eis studio contendente,
ut quam diuis maioribus et Parentibus Vris propensione impy
testantur, eandem ipsi quoq; testari velint, et quia omni statu
eius generatione circa iura ac bona ipsius legibus Regni et con:
cessionibus Reip: determinata, eandem pacifice et inuiclabilitèr
conseruet. Cuius quanta possunt propensione suffragentur, ac ut
rioribus beneficentia documentis prosequantur.

Serenissimum Principem Sigismundum Casimireum

Filiū nr̄m Charissimū in eodē Regni et Magni Ducatus Lithuā:
ordinibꝫ, cōstudio commendamꝫ, quo par est Prolem Notis di:
lectissimam, commendari, et uel maxime uniuerso status illud, re:
gator eē volumꝫ, et obtestamꝫ, ut eundē Seruū Filium nr̄m qm̄
peramantē in sinum Inuēria Reip: deponimꝫ, indubitatam spem
Domus nr̄a Regiā, benigne, pro auito genis in Reges et Principes suc:
Principumqꝫ Prolem, amore, complectantur, et in fortunas eius incrementa
ac ornamenta ad augenda et promouenda fauentissimꝫ animis
incumbant, Memores laborum nr̄orum quos pro Reip: exegimꝫ,
pocissimum uero memores, renouationis Inuēria nr̄orum Hære:
ditationum in Magnam Ducatum Moschouia et titulum, qui in sa:
salutem publicam et tranquillitatem Reip: cum summo Iuris
nr̄i et dignitatum iudicio, adeoqꝫ graui læsione non sine admira:
tione Orbis Inuēria collocauimꝫ, et cum aliter Pax Regni
ac finis belli constare non posset amore Reipub: deponimꝫ,
Serenissimos Principes Ioannem Casimirum et Ca:
rolū Ferdinandū Fr̄s nr̄s Charissimos, nec
non Serenissimam Sororem nr̄am Ducissam Heo:
burgicam prono omnium statuum sauei peramantē com:
mendamꝫ, petimꝫ, ut præclaras eorum Virtutes et sin:
gularia in Reip: studia, ac merita foueret, Neqꝫ egerit se auctis
nu

ac bene uelle unquam desistant.

Eisdem omnes, nempe Prolem Nram Charissimam et Fratres Nros
eadem Charissimos nec non Sororem dilectissimam Serenissimo
Imperatori Ferdinando Fci Nro Charimo magno studio commen-
damus, à Sua Caesarica Matre pro tam arcta Cingulis necessitu-
dine petentes, ut totam Nram Regalem Domum Fraterno:
semper amore prosequi, fouere, uelut Serenissimos quoq; Prin-
cipes Joannem Casimirum et Carolum Ferdinandum
Fraternè oramus, ut Filium Nram Sigismundum Casimirum sin-
gulaci affectu complectantur et foueant, Neq; erga se amoris
mutuas in ipso uices rependant.

Nominamus in D. E. Sue et Inuersalem heredem Regni Nri
hereditariu Suecia nominamus, et instituumus, Serenissimū
Principem Sigismundum Casimirum Filium Nram Char-
mum ex Serenissima olim Regina Cecilia, renata Coniuge:
Nra desideratissima progenitum, eidemq; hoc idem Re-
gnum Nram hereditarium legamus, quemadmodum illud
Dni olim Reges Ioann, Ann, et Pater Noster possede-
rant, ita ut generalitas specialitati, et specialitas genera-
litati nihil prorsus deroget, Bona quoq; mobilia Nos quouis
Pactis

Paeto et Inrcia Regno Sueciae concernentia Eadem Sereno Filio Suis,
mundis Casimiro datus et legamus, In autem (quod DEVS
clementissime, auertere dignabitur) Idem Serenus Princeps
Sijimundus Casimirus Filius Nri Charissimi decesserit in
pupillari aetate, uel postea quando curq; absq; liberis masculis,
et absq; aliis descendenti bus per lineam masculinam legitimam
ex ipso seu ex lumbis eius nascituris, volumus et mandamus, ut:
eidem sic decessenti, uel eidem sic decessentibus succedat, uel
succedant, Filius uel Filij quem uel quos Noctis forte DEVS
dignabitur donare, Et Serena Regina Maria Ludouica Mo:
derna Coniuge Nra Charima, singulis, singulis, Casibus et tempo:
ribus congrue et debite referendo. Quod si DEO uisita pro:
funditatem Suorum Consiliorum ita disponante non supersit
ullus ex Filiis Nris siue ex priori matrimonio Nro procreatus,
siue ex presenti procreandus, nec Vlla Proles mascula ab aliquo
illorum per lineam legitima masculinam descendens, tunc
Serenissimus Princeps Ioannes Casimirus Fr:
Noster Charissimus ipse mascula Proles ex lumbis eius
per legitimum Matrimonium descendens, uel ipso haud Prole
eius deficiente Serenissimus Princeps Carolus Fer:
di

Erhardus Frater N^r Charissimus uel eius Proles ut
dictum est, ad successionem eiusdem Regni Suecia omniumq^e
mobilium bonorum horum in eodem Regno existentium Iure
perpetuo et hereditario pertinebit et pertinebunt. Ad si u^o q^o
nulla relicta mascula prole euius exerceant, tunc iuxtaq^o Perum
tabularum Regni Suecia perpetuo remanebit de uicione editarum
Ducatus in Silesia Oppolensem et Ratiborcensem cum Duc^o
Kozlensi Quos nuper Tutorio nomine in rem Serenissimi Si-
gismundi Casimiri Filii Charissimi a Serenissimo
Imperatore Fr^o N^ro Charissimo in Vim h^u hypotheca ad
annos Quinquaginta se se protendentis acquisiuimus et ob-
tinuimus, iis conditionibus et Pactis qua in instrumentis
utring^q legitime confectis, subscriptis, et signatis ex pre. ca
sunt) idem Serenissimus Princeps Sigismundus Casi-
mirus Filius Noster Charimus obtinebit possidebitq^e
iure suo, utens, et fruens omnibus eorum utilitatibus, pro-
uicibus, commodis, Iuribus, et administrandi inq^o di-
cendi p^ote, prout ex contractu et conuentione partium sibi
competere, intellexerint a Nobis autem Paterna commo-
nitionis perpetuo tenendum, seruatumq^e monumentum capiat

ut nimirum populos illos am et iusticiā, strenuē aduigilet, legibus
plurimum deferat pici nitatis. Iura sacrosanctē colat, amicitias ser-
uet foueatq; ante omnia honorem Præpotentis D. S. eiusq; publicum
cultum con di habeat, propugnet promoueat.

Bona Nra omnia in Regno Neapolitano et Ducatu Barren-
ac Rosanensi existētia mobilia et immobilia, Iura, actiones pecu-
niarum quantitates et summas quasuis ibidem existētes census red-
ditus, ac redditus et ea quocq; quæ ab annis non pauis retenta sunt, et alia
omnia quouis iure, et causa, titulo ibidem ad Nos spectantia, et quod
ad eam partem quæ Nri Iuris est, Serenissimo Sigismundo Ca-
simiro Filio Nostro Charissimo cum eodem omni pleno,
saluo, ac integro iure, tituloq; inscribimus et consignamus, illud hic
adicentes, summopere Nos desiderare, et ut illorum Iurium et bo-
norum tantis locorum intervalis à Nobis distantium, in alia Vi-
cinitate Nobis bona uel iura fiat commutatio, quamquidem consilio,
et fauore auxiliouē Serenissimi Imperatoris Fri's Nri,
Charissimi apud Serenūm Regem Hispaniæ non difficulter impe-
trari posse facile persuademur. Et nos quidem dum viuimus, et
cogitationes inā, ac de dōcia Nra effectum suum sortiantur
ipe

opera dabitur, alioque idem post Facta Nra Pater Noster Charre
ut cura et uehementer optamus.

Curiam Nram in Suburbio, quod Crauouense dicitur, Varsauic, e
Regione stabuli Nri sitam, et a Nobis magno sumptu extructam et
exornatam, cum omnibus ornamentis, auleis, peristromatibus, men-
sis, sedilibus, imaginibus, picturis, horis, uinariis, edificiis, ad eam
pertinentibus, adeoque Vniuerso apparatu, nihil penitus excipiendo, si-
militer Arcem Viazdouiensem maximis diu cum Parentis Nri impensis,
supra uolum proprio pecunio a Patribus Augustianis Conuentus Vars-
saniensis, et quibusdam aliis coemptum, exadificatam, cum omni iure
quod Nos concessit Anno Vniuerso cuius maximam partem Nos ipsi coe-
mimus, ad demum cum praedio quod integre Nri Nris est et ad
utilitate duntaxat iure Seruitori Nro Bartholomaeo Peltie C.
Nram fructum concessimus Serenissimo Filio Nro Sigismundo
Casimiro datus et donamus et in perpetuum adscribimus
Tutorem Filio Nro Charino Sigismundo Casimiro datus et
constituimus Seruum Principem Carolum Ferdinandum
Frem Nrum Charissimum fraternum ab eodem postulante ut
pro suo regulari quam semper expectamus exa Nos Pro Comj
Nram propensione et affectu puillarem eius aetatem in manum
ci

citudinem suscipere et primum ipsius res omnes bona, et iura gubernare, servare, administrare, ac tueri, et praecipue rectae educationis et institutionis curam agere uelit. Quam in rem pro consilio et auxilio eiusdem Serenissimi Principis Caroli Ferdinandi Patris Nostri Charissimo Reuerendum Andream Holcartschi Episcopum Romanensem. Cuius erga nos fidem et sinceritatem à multis annis exploratissimam habemus. Adiungimus Nobis certe ad educationem et institutum Serenissimi Principis Filii Nostri Charissimi Sigismundi Camerari semper dum proximis summo opere cordi fuit, et praecipue eius Cura tangebamus, quare nunc etiam tanto maiori desiderio et animo, ut si forte diuinis Ordinationibus praeventi teneriorem eius aetatem deserere cogeremur, ambo, quos Paterna Nostri sollicitudini subrogamus Nostros in hac parte animos assumere uelint, et pueritiam eius, atque adolescentiam optimis quibusque artibus et exercitationibus occupatam perficere, et ad Maiora aptare et praeparare pergerent. Quam quidem in parte non possumus intermittere, quin Nostri cogitationum aliqua lineamenta hic exprimamus.

Ac in primis quidem Regis Christianae veraeque pietatis studium, semper primum locum obtineat, et ab hac ipsa aetate tenebitur: donec adoleatur, ac seruari incipiat, ea quae deinceps toto

india

uita tempore ad Obsequium Deo præstandum, et ad curam
proprie salutis promouendam necessaria sunt. Agnoscat ma-
gnam Dei optati gratiam et tanquam summum beneficium in-
time Veneretur, æternasq; grâs agit, quod in Ecclia Religionẽ
intra gremium S. Romanæ Ecclia natus, eruditus, et institu-
tus sit, et eandem ad extremum usq; uitæ habitum ut constan-
tissime teneri profiteri defendere promouere ualeat, ve-
litq; humillimis semper precibus à Deo postulet.

Circa trās Sueritiam ad annum circiter duodecimum ætatis
testam impendat studio Latinitatis, ante cuius perfectam compre-
hensionem nullo modo applicetur lingua Italica, Hispanica,
Gallica, contentus Sclonica et Germanica quarum usum habere
debet expeditissimum ab hinc procedat gradatim ad maiora
puta ad studium Rhetoricæ, Dialecticæ, Historiæ, Arithmeticæ
et totius Mathematicæ usualis, nec non Philosophiæ et Physiolo-
giæ, Ethicæ, Politicæ, ac deniq; Iuris prudentiæ, quibus omnib;
concedi debet, anni circiter quatuor uel quinque. Ab anno De-
cimo Sexto ætatis usq; ad Decimum Octauum succedant
Exercitia Equestris, Pugilatus, et Similia, non intermisso interea
studio Variarum lectionum in anno Decimo Octauo (si pro-
vabe status fuerit) suscipiatur. Expeditio Bellica in Exer-
citu

ciu Polono eo praecipue fine ut obseruet formam et artem militiam
Nostram gentium gentium, inde se conferat, ad exteras naves, et eorum
leges mores artesque pacis et belli domesticis comparet sibi, seruet
quod prae debetur optimum. Matrimonium ubi illud aetatis statum
et ratio postulauerit, non aliter unquam inire tentet, quam ex consilio
uoluntate bonorumque placito eorum quibus intoretur, sive consulere
consentire. Ipse uehementer caueat, ne affectu aut falsa ratione
rapiatur. Inter omnes Sponsa qualitates illa prima sit ut Religi-
gione sit Catholica. Ad secundam uota si uiduari contingat, ha-
bita prole mascula non facile transeat. De debitis Nostris si forte
ex quibus hactenus obseruati fuimus post obitum Nostrum superere
contingeret ex integro uel ex parte ita disponimus.

Primum quae inter aulicos Nostris et quotidianos Seruitores, ac
Opifices ex non soluis stipendiis, salariis, manupretii, conflata sunt,
ca si ex thesauro Nostris debentur, quae compertum fuerit ex eodem
thesauro de praesentibus Mensa Regia tam uis qui Nobis pro
tempore praesentis de residuis debentur, quam uis, qui ad dispo-
sitionem Nostram omni iure ad diem uel Sepulturae Nostrae sine dubio
integre assignamus. Deinde de aliis debitis quae priuatim con-
traximus, et in separato scripto accuratissime exarata huius Te-
stamento Nostris apponi curauimus. Vnum illud generatim ordinamus

Quandoquidem plerique creditores tantis pignori-
bus et manus suas
consignatis, assecurati sunt, ut et ipsam capitalem summam et totius
temporis intereē facile exiguare, aut etiam copiose superare ualeant,
Itaecto certis sumis plerique illorum habituras plenam satisfactionem ex
ipsa pignorum retentione et appropriatione, si forte uel nos ipsi
dum uiuimus, uel Haeredes Nri illa Naā non excoluerint. Sup-
petet autem abundē modus et ratio excolendi, si aliquando, uel
Nos ipsos, uel haeredes Nros recipere contigerit, ea quae à Nris
piuissim debitoribus liquidissimo iure repetere, et require-
re possumus. Et quidem in specie soluendis hisce Nris debitis
deputamus, totam illam summam Pecuniariam qm Seruus
Rex Hispania Frater Noster Charimus Nobis à non paucis ab-
annis pro quatuordecim instructissimis nauibus bellicis, quas
propriis Nris sumptibus, comparatas, et omnino nautico bellicoq; ap-
paratu instructas Exercitui eiusdem Serenissimi Regis
submissimus, et cum Saeco refundendarum integrè in psona
legitimè tradidimus, Quae quidem summa capitalis (praeter
interē annorum Octo decim) tanta est quanta excolendis
hisce Nris debitis, aut sufficere possit, aut etiam proualere
Verum

Verum si opus est addimus in super summam illam dotalem mil-
torum millium Florenz priedem Domui Nra Regia à Ducibus olim
Brun succensibus, iam vero Lunaburgensibus debitam, ad quam
pari cum Seruis Fratribus Nris iure spectamus, et spectabunt
Haeredes Nri neq. difficile fuerit summam illam obtinere pro qua
iam per plurimum annorum processus ad supremum propè pericli-
actio perducta est. Restat scia debitorum Nrorum species, com-
muni delictet, quã nuperimè occide cogitata et re ipsa iam inchoata
Nra contra Tartaros Expeditionis contraximus, Pro qua expe-
ditione, et exercitum conscribi, et non exiguam pecuniarum uim
in ipsam militiam aliq. belli apparatus profundi, necesse fuit.
Quia uero Exercitum eundem subito dissolui oportuit, et aliunde
ad pendendum militibus stipendium tanta pecunia quantitas,
in tam breui tempore conquiri non potuit, recurrimus ad Paratum
Peculium Serenissima Regina Maria uelouica Consa Nra
Charissima et ex ipsi avario Sexcenta Quinquaginta Flor. Pol.
milita re ipsa leuauimus et in uim mutui accepimus, datus pro p-
gnore pretiosissimis ctenodis et simili pretiosa mppellibili de-
curaturam pntibus cauet et pmittit seq; et successores suos obligat,
et inscribit, Quod si uero proventus doti correspondentes, et
sufficientes ex praenotatis bonis eorumq; redditibus annuatim
Fernia Coniunx percipere non possit, id quod deest, uel deerit,
ex reliquis puentibus, redditibus, Camera et Ducatum tam
Neoburgici quam Iuliacensis Montem et medietatis Comitatus,
Rauensbergen supplebitur. Quod oes et singulos dictor Camera
et Ducatum et ditionum puentus eam in finem Serenissima
Coniugi sua donec et quousq; ipsi de supradictis pensionibus
tm

tum etiam ipsius hereditibus in casu infra exprimendo, de ipsa capitali
dotis contra dotis, ac doni nuptialis sorte abunde satisfactum fuerit
vigore Statum specialis et generalis hujus hypotheca nexu et qm ualidissimè
se oppignorat et inscribit, Saluo nihilominus penes Seruum Principem
Philippum Wilhelmum, tam dotis qm donatio propter nuptias usufructu
eta quoad uixerit, manente: ex quo Serma Coniugi sua ac ipsius utraque
usq; sexus aula, pro statu et dignitate Regia principis, ac Serenissimi
Principis Philippi Wilhelmi certi redditus in usus ac sumptus,
quotidianos familiarum, ac iumentorum necessarios conuertendis
assignabuntur. Quod si qua Pars bonorum et emolumentorum supra
nominatorum oppignorata aut quouis alio nro summi seu censu
grauata fuerit eam Seruus Princeps Philippus Wilhelmus ab
omni onere, nexu, et hypotheca infatum ea ad Proventus Serma
Consortis sua, redimere, emundare, et libera facere tenebitur:
quo promittit, et se obligat, Illud preterea cauet, qd omnes Prae
fecti, Administratores, Procuratores, Quaesitores, et officiales, sup
memoratorum arcium, Prorogum honorumq; ad easpectinentium
ut supra obligatorum et obligandorum, postq; in Potestatem do
minum et possessionem Serui Princeps Philippi Wilhelmi Witt

post cessum
et decemum pa
rentis eius Serui
Principis Wilhelmi
#

hanc. Venenit presentes et pro tempore futuri, ipsi Serenissimi
Coniugi mittent et iurabunt se post in Serui Princeps
Thl.

Philippi Wilhelmi Serma. Anna Catharina Constantia uxori
eius legitima ac Domina Dotantis ea ipsa bona sine ulla tergiversatione
et difficultate tradituros, nec eandem Serma Sororem
Noam aut quempiam eius nomine in a Leunda eorundem bonorum
pauca et libera possessione ullò modo impediaturos. Subditi
dicuntur arcium, Probium, et eis annexorum bonorum tempore
et casu paulo ante specificato omnes et singuli cuiusvis ordinis
et conditionis eundem Serma Consorti homagium seu iuramentum
prestantur, se post mortem ipsius Serma Principis Philippi Wilhelmi
Serma eiusdem Coniugi in uivis remanenti donec ipse et ne-
cessariis eius, tam de fructibus siue pensione contra dotis
restitutione ipsiusmet dotis nec non solutio doli Nuptialis in ca-
sibus et termino infra nominandis plenarie satisfactum fuerit,
subditos, fideles, ac obediētes facere, incommoda et pericula
Serma Principis praedominaturus et pro uerbis suis auersurus,
commota uò senò curaturus eē non secus, qm ipsiusmet Serma
Principis Philippi Wilhelmi cui haereditario iure ad haec omnia
obligati sunt, Insuper Serma Coniux uigore huius cautionis
quando uigore pactorum huiusmodi erit in possessione dictorum bonorum
inter cetera praedicta habebit potestatem conferendi omnia sacerdotia
et beneficia ecclia vacantia, si uis bonis ipsis quocumq; ad illa pa-
tronatus et collationem Serma Principis Philippi Wilhelmi
nunc

pertinent et pertinebunt, Quodam tam Nobilium quam ignobilium
servitiis nobilium in iisdem bonis expeditiones quoque bellicas
et exactiones publicas Serenissimo Philippo Wilhelmo, tum et Hereditariis
successoribus suis saluq; et libere reservabuntur, sed sine ullo im-
pedimento. Serenissima Consortis illorumque qui ex nomine ipsi administra-
bunt Ipsa etiam Serenissima Princeps Consortis ratione honorum et Proven-
tuum suorum & quibusvis exactionibus libera et immunis erit,
tempore belli vel gravissima alicuius necessitatis Serenissimo Principi
Philippo Wilhelmo hereditariis ac successoribus ipsi ad obligatas
arces, urbes, munitiones liber erit aditus, ita tamen ut de no-
minali sumptibus faciant, seque ipsos et contractam militiam manum
sustentent, absque ulla incommoda et damno Serenissima Consortis. Si
quod si aliquot fieri contigerit aut aliquid ad eam pertinens quo-
cumque modo ademptum labe factum ac pessumdatum fuerit
exindeque ex redditibus et proventibus supra expressis diminutum
vel ipsa etiam commoda et congrua habitatio praepedita, illud
totum integrè intra spatium sex mensium, vel postquam ipsa
damni facta requiruerit à Serenissimo Principi Philippo Wilhelmo
hereditariis et successoribus sarvictur et impensabitur. De hoc
etiam ab utringue convenit, quod Serenissima Princeps Philippus Wilhelmus
serenissimam Consortem suam in iisdem bonis ex causa tam dota-
lis contra dotis, acq; etiamconi nuptialis in frascriptificandi
et

et aliarum summarum infra specificandarum ipsi obligatis et
obligandis eorumque munitionibus redditibus, et commodis quovis
tempore et casu tueri et defendere prout alias ditiones suas
absq[ue]ulo Serma Consortis sua sumptu et damne tenebitur.

Trimitit p[er]a Sermus Princeps Wilhelmus, quod eidem Serma
Coniugi sua post n[on] die p[er]t consumatas nuptias doni nuptialis
nomine donabit uel assignabit uiginti millia floren[si] et non eni
unde ipsi similes ceteri et expediti redditus uideat ad r[ati]onem quinq[ue]
procentum quotannis p[ro]uenire possunt, ac debeant eamq[ue] summan
doti et contra doti adiungat, et in supra nominatis bonis obligabit
et inscribet, ac tam super his quam aliis generaliter ceteris bonis
immobilibus nullis penitus exceptis non tamen expressam h[ab]it
potestatem habentibus assecurabit prout et nunc assecurat.

Cui p[er]o in arbitrio et p[ar]te Serma Principis Polonia et Suedia
Anna Catharina Constantia in matrimonio existenti toto sua
uita tempore siue libere ex hoc matrimonio habuerit, siue,
illud ipsum donum nuptiale uti propria bona donare cui p[ro]suerit
donatione ca[us]a mortis, p[er] testamentum aut codicillis siue h[ab]uerit
siue particulariter quam donabim[us] p[ro] rato et grato, tam Sermus
Princeps habebit, quam heredes sui et resq[ue] eius ratam habebunt
scietum tamen eis erit id donum nuptiale quando unq[ue] uoluerint
sua cuiusuis impedimento in toto uel in p[ar]te redimere.

Si autem illa siue uiuens siue moriens nihil de eo disponere
ad libens ipsius uel illis deficientibus ad Nos Semm^{is} Fr^{at}ris N^{ost}ri
tum n^{ost}ros eorumq^{ue} successores deuoluetur, Salua Nobis ac Semm^{is}
Fratribus N^{ost}ris tum quor^{um} N^{ost}ris ac ipsorum successoribus h^{uius} hypothe^{ca}
exp^{ressa} supra memoratorum bonorum cum usufructu uel eo q^{od}l
interest, donec in omnibus satisf^{iat} Quod si ex illis bonis assi-
gnatis redditus ratione d^{omi}nij nuptialis recte quotannis p^{ro}uenire
non posse uidebuntur, quidquid deent ad r^{ati}onem dictarum sum-
marum ac p^{ro}uentuum Semm^{is} Princeps Philippus Wilhelmus
eiusq^{ue} heredes de expeditissimis redditibus supplebit faciens
in scriptis p^{ro}stabit, si uero nec illa adhuc ad explendos an-
nuos suffecerit, aut si quo aduerso casu sine culpa ipsius Semm^{is}
Principis nominati p^{ro}uentus diminati fuerint in aliis certis bonis
suis Semm^{is} Princeps Philippus Wilhelmus heredesq^{ue} ac Succo-
res eius quidquid desiderabitur demonstrare et asscurare te-
rebitur, ita tamen ut per o^mnia Semm^{is} Principis dotis, contra dotis
d^{omi}nij nuptialis nominibus, et cautum et p^{ro}uisum sit. Illud
etiam cauetur ut si qua debita Semm^{is} Coniugis h^{uius} siue alter eorum
quoad ambo uiuent, contraxerint ea ab h^{is} redditibus et Succoribus
Semm^{is} Principis Philippi Wilhelmi absq^{ue} ulla incommodo et deceri-
mento Semm^{is} Principis exoluantur quod si Semm^{is} in possessione
eorundem bonorum existens aut alij p^{ro}p^{ri}am in rem suam
con

contraxerit ac post se reliquerit id heredes ipsi sine clamore et molestia hereditum et successorum Serenissimi Principis Philipi Wilhelmi referant. Conuentum proterea est quod Serenus Princeps Philippus Wilhelmus Concedit Serenae Consortis suae palatium Praetorium millium Palerorum Imperialium suppellectilem argentream ualoris centum millium talerorum Imperialium ac reliquam Sereniam siue importatam, siue durante conubio ac deinceps acquiritam iuxta inuentarium eo nomine confectum ac manibus

¶ ne quidpiam de supradictis omnibus uel aliquo tempore alienentur

illis ab utroque subscriptum integrè sit conseruatum. Et si pignori raturus nisi uigens necessitas id postulauerit et de expressa scientia ac consensu Serenae Consortis permissum fuerit, ita tamen ut quidquid alienandum uel offignorandum erit, à fide dignis hominibus medio iuramento prius aestimetur, postea uero Res ipsa uel aequualens uel iustum rei alienatae pretium Serenae Coniugi, uel eius hereditibus et successoribus legitimis restituantur. Ceterum cum Praetorium, Concedit suppellectilem argentream uariae summae pecuniariae uicium fructibus et redditibus annuis ex eiusdem Praetorii iure naturalis successione et alio quouis legitimo iuris titulo ad Serenam Principem Sororem nostram pertineant, ut pote in Aegyphtico Regno summa octuaginta unius millium sexcentorum sexaginta sex millia Palerorum Imperialium Ducatum

in bonis Sive Regni nra summa sexaginta sex millium Taler^{um}

¶ In bonis Vicari^{atus}
Regni Boem^{ie}
in scripta summa
sexaginta sex mil^{ia}
Taler^{um} Imper^{ialis}

et alia in iisdem bonis undecim millium Taler^{um} Imper^{ialis} ¶ Item in bonis Ducatus
Brunsvicensis summa
duodecim millium aureorum
Vngaricorum ¶

conuentum est, ut postquam predictas summas seu aliquas ea^{rum}

in toto vel in parte constante matrimonio Semus Princeps
Philippus Wilhelmus cum consensu Serma Consortis sua tenuerit
receptat seu a quoquoque modo de iisdem seu, an quavis parte
disposuerit tantundem in bonis suis immobilibus equalentibus
mundis et liberis, ex quorum fructibus et proventibus ratione

predictarum summam quinq^{ue} procentum, ut supra, annuatim percipiant
specialiter inscribere et asservare tenebitur. Præterea cum oēs

in simul ex æquo morti obnoxii simus conuenit ut inq^{ue} si Sermus
Princeps Philippus Wilhelmus priusq^{ue} Serma Consortis ipsius uita

excesserit relicta ex ea liberis impuberibus et minoribus
ut ille Tutores constitutos habeant, Serma vero Princeps Con-

sors sua facta videlicet dimissis aliis bonis ad obligata sibi et
in scripta vide dotis contra dotis doni nuptialis, et alio quouis

iuris titulo se conferet, usq^{ue} ad beneficium suum, utetur,
fruetur, omnem quoc^{um}q^{ue} suppellectilem cuiusvis generis et materia

item aurum, argentum, clementia, margarita, pecuniam, ve-

res instrumenta, conuenticia aliq^{ue} his similia siue secum in
provincia impetrata siue à marito donata et suppellectile
siue sumptibus suis comparata, siue alio quouis iusto titulo
quod

quasita, aut in nuptiis oblata liberè asportabit eisq; fruendi
et liberè disponendi plenariam habebit facultatem, sedent q;
eidem Serma Coniugi greges omnes, armenta, et alia quavis ani-
malia Item cuncta suppellex et instrumentum rusticum ac
domesticum, penum vini fructuum frugum oleum, et omnium
aliarum rerum, ad alimenta huiusmodi iumentorum, et quum-
vis animalium, pertinentium, quaecumq; in supramemoratis ani-
cibus, ciuitatibus, oppidis, praediis rusticis, et urbanis locis
bonisq; tunc condita uel etiam recondenda existabunt, et re-
perientur iuxta certam, et legitimam inuentarium protunc
superius omnibus rebus constituendum. Fructus quoq; in bonis
hactenus ad minimum prius integri anni Secti Sui repraesenti-
tari debebunt, et si quod desiderabitur, haeredes et successores
Secti Principis Philippo Wilhelmo, Sui Comum tutores abunde
supplebunt. Tametsi autem liberi ipsi in parte Tutorum Sui
erunt, licebit tamen ipsi Serma Principi Vidua facta filios
paruos, filias uero cuiuscumq; aetatis penes se educare,
suppeditatis ex aliis bonis eorundem liberorum, hereditariis,
non tamen Serma Principi aliquo titulo iuris obligati, et statu
et dignitate eorundem, sumptibus, et impensis, Et ut Serma
Princeps Coniugi sua relicta uidua tempore Viduitatis, seu
iure

Proles fuerit siue non tanto magis congruam splendori suo su-
stentationem habere possit, Idem Sermius Princeps promittit et se o-
bligat, quo ad haeredes et successores annuum ^{matrem} ipsius usum fructum et redditus
ex dote contrahente, et dono nuptiali aliisque supra recensitis quibusuis sum-
mis pecuniariis prouentibus annuatim quatuor millia Floren. Nunc ea sol-
uent, quae ultra praefatos census et prouentus, in quatuor anni terminos,
distributa Secti sua representabuntur, etiam si extra Provinciam non
suscepta ulla prole ipsi commemorari placuerit. Quod si ad secunda
nota transierit nihilominus usum fructum obligator nubi honorum
• habebit, sed in parte erit haereditum et successum Secti Principis Phi-
lippe Wilhelmi omnia ea bona (uniuersè tamen non particulatim)
ab ipsa redimere rescripta et numerata summa dotis et doni nuptialis,
nec non saluis fructibus et prouentibus annuis ad extrema uita
sua tempora extradendis ex summa contrahentis. Haec autem re-
demptio intra unius anni spatium facta in rescriptis praenominat
fieri debet, Hoc etiam conuenit quod Sermius Princeps
de dote, dono nuptiali clerodius, argento, paraphera, suppel-
lectili aliisque facultatibus, moriens testamento seu alia disposi-
tione reliquerit, aut donauerit omnium legitima portio liberis
primi matrimonii cedit, sauet et cetera et promittit Sermius
Princeps Philippus Wilhelmus praesentibus hinc, ubi Omani
pater

potens Deus Servus suis ex hoc testamento matrimonio pro:
ten masculam concesserit. Filius ex Serma Principe susceptus
aut si plures fuerint, semper maior natu post mortem Serma Prin:
cipis in omnibus principatibus ac dominatu et ditionum suar^m etiam
in hereditatibus quae per successionem ad eandem lineam deos:
ventur immediate non obstante uo si Sermus Princeps Philip:
alium uel alios in alio matrimonio filius suscipit, succedat cum
suis descendensibus. Insuper filia si qua ex matrimonio ex
stabit nec Sermo Patris in Principatu succedent de bonis Patris
nis pro dignitate ipsarum. sufficienter dotabuntur. Praeterea
si nulli proorsus liberi ex hoc matrimonio suscepti uel post mor:
tem Sermi Principis Philippi Wilhelmi relictifuerint eo modo
quo supra expressam est, Serma Princeps Vidua relictia possessio:
ne bonorum et Prouentuum quorumuis tam dotis qm contra dotis
seu donationis propter nuptias, quam doni nuptialis, summamq;
supra specificatarum nominibus et alio quouis legitime titulo sibi o:
bligatarum sine cuiusuis impedimento etiam propria auctoritate
statim reddi, us liberè non pro arbitrio suo utetur ac fruetur. Post
obitum Serma Principis Toronis Nra contractus quidem seu Conatio
propter nuptias ad proximos et legitimos heredes Sermi Principis
Philippi Wilhelmi reddite,

Quid

Quod autem attinet dotem donum nuptiale summas ^{Supra} memoratas
et ctenodia, argenteam et paraphoram suppellectilem ^{q^d} (contradite
excepta) eadem Serma Princeps Soror Nra durante matrimonio
uel ante in seo aliquo titulo acquisierit si superstites liberi
reliquerit, nisi ea omnia cedere debebunt, siue ipsi nati sterilitate
decesserint, aut nulli prorsus nati fuerint, ad nos et Sermos Nros
Nros et eorum Successores ea omnia iure naturalis et legitime successione
deuoluta mandataris Nris bona fide et admissim intra de-
cursum medii anni a Sermo Principe uel eius heredibus resti-
tuentur et extrahentur iuxta forma a Nobis confecta et ab utriusq^e
subscripta inventaria nisi de iis Serma Princeps Soror Nra in to-
to uel in parte aliter disposuerit et ordinauerit,
Illud etiam Sermus Princeps Philippus Wilhelmus promittit
quod de dote congrua matronis et progeneribus, cum Serma Con-
sorte sua extra Regnum profecturis et manibus de consensu Ser-
tum suarum matrimonium contrahere uolentibus habita rde
personarum gratiose prouidebit

Nos igitur Vladislau. Wkra cum Sermis Principibus Frater Nris
ac Serma Sorore Nra C. Anna Catharina Constantia Nris ac
omnium heredum ac successorum Nrorum nomine, subsecra,
Pacta et conuenta matrimonialia cum conditionibus in illis

expressis et qualibet illarum perpetuo firma, uita habere et
conseruata in uerbo Regio promittimus ac pollicemur.

Hos quoq; Philippus Wilhelmus pro Nobis Nosq; häre:
ditibus et successoribus eadem omnia, rata grata perpetuo
Nos habituros tum quoq; Seruum Principem ac. Dñm
Wolfgang Wilhel Comitem Palatinum Rheni & Paren:
tem Nrum speciali consensu et ratihabitione eadem
omnia approbaturum. omni meliori modo ac forma iu:
ris cauemus et assecuramus, ac fide honore uerbo Du:
cali recipimus, spondemus, et sancte promittimus. In
cuius rei fidem Nos et Serui Principes Fres
Nostri presentes manibus Nostreis subscripsimus
ac sigillis munuimus. Seruus quoque Philippus
Wilhelmus Princeps Neoburgicus subscripsit
et signauit. Datum Varauic

In Nomine Dñi Amen

&

In Tenore presentis publici Instrumenti cunctis pateat
eius

evidenter et sit notum quod sub anno à Natiuitate eiusdem Dñi
Nri IESV Chri Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo secundo
In diectione quinta die 30^o veneris quinta mensis. Ianuarii hora
decima ante meridiem, Pontificatus Sni Dñi Nri Innocen:
tii Papæ decimi Anno Octauo Imperatorii 30^o Regimini Glori:
osissimi et Inuictissimi Principis ac Dñi Dñi Ferdinandi:
tertii Romanorum Imperatoris semper. Augusti Romani. Im:
perii anno decimo Sexto coram Excellentissimo Dño Dño
Ioanne Grotkowski Sacra Regia Altis Polonia et Suecia In:
teruuntio intimo Secretario et Camera Familiari ad pntem
actum plenipotentiario, in presentia nobilium et clarissimor^m
Virorum ac Dñorum Matthie. Haffus, et Henrici Kuffe, 3^o
Doctorum nec non altis secularis Iudicii Coloniensis:
Scabinorum, et Iudicum Ordinationum, eiusdemq^e iudicii
scriba, Iurati ac Notariorum infra scriptorum comparuerit
Nobilis et Clarissimus Dñus Henricus Schnellen Iuris:
V. Licenciatus Serenissimi Principis Comitis Palatini Ne:
oburgici Senioris Consiliarius, vice ac nomine Serenissimi
Principis ac Dñi Dñi Philippi Wilhelmi Comitis Palatini
Rheni, Bauaria, Inbia, Carina et mortium Ducis Comi:
tis, Veldentii, Sponhemia, Marchia, Rauensberga et Moy_{sa}

se Dñi in Rauenstein dicens et exponens qualiter Seruus
Princeps ac Dña Dña Anna Catharina Constantia Comitissa
Palatina Rheni Bavaria, Julia Clivia, et montium Ducissa
Comitissa Seldentii, Spohemia, Rauensbergæ, et Morsæ, Dña
in Rauenstein nata Regia Princeps Polonia et Sueciæ & mor:
tali vita piè defuncta, in piis nouissimorum, memor ultima
sua voluntatis elegium seu testamentum, aliaq; dispositio:
nes condiderit, et quia Sermo ac Potentissimo Principi ac
Dño Dño. Ianni Casimiro. Polonia et Sueciæ Regi, habito
funebri nuncio de morte huiusmodi. Cernentissimè placu:
it supra memorata sua Excellentia Dño Legato Regio ple:
nipotentiam et commissionem dare, et concedere ad condolen:
dum Seruic Principi Viduo simul ac Funeralibus Itemq; aper:
tura et publicationi testamenti assistendum, Hinc Seruum
Principem Viduum Dñum suum Cernentissimum testamenta
et dispositiones memorata Principis piè defunctæ consi:
gnasse, Scilicet et Enciso Dño. Ianni Bertramo de Wes:
chpfenning Baroni de Scheid, Ducatus Montensis Mars:
shallo, qui eadem in binis Papijzi Folijs inclusa, sigillo Seruic
defunctæ circumcirca obnata et occlusa presentavit, ad
manq

manus DD Scabinorum in finem eadem prout agnitione
sigillorum legitime publicandi, Et tunc bene memoratus Dñs
legatus Regius visis et inspectis sigillis Sectis sua inclite
memoria exterius circum circa appositis recognovit eadem
factaq; recognitione ad mandatum DD Scabinorum, et
de consensu Dñi Legati Regii reserata et aperta, sunt di:
cta ob signata Charta Folia, inibiq; reperta sunt tria instru:
menta. Primum quidem erectum Neoburgii Anno Domini
1643 vigesima quinta Ianuarii coram Notario Martino
Schaller et septem testibus, Secundum erectum in arce Bem:
berg Ducatu Montensi Anno Dñi 1649, octava decemb:
coram Notario Antonio Drixt et septem testibus, Tertium,
erectum in Civitate Dusseldorpiensi Anno Dñi 1651
die 16 Maij coram dicto Notario Antonio Drixt et quinq;
testibus, In quibus instrumentis omnibus et singulis memo:
ratus Dñs Regius Legatus et Commissarius successivè re:
cognovit manum et sigillum Sermae Principis p̄s. simè de:
functae. Deinde super primo testamento producti sunt Per:
illres et Adm̄ Endri Dñi. Ioannes Bertramus Westphel:
enning Baro de Scherdt, Dñs Wernerus Baro de Eymnich
Dñs

Dñs Hermannus ab Aroschleden, nec non nobilis et claris-
simus Dñs Theodorus Aethouen consiliarius intimus vice
Cancellarius Sereni Principis Neoburgici Junioris testis in hmo
instrumento rogati et adhibiti, qui omnes et singuli a Dñis
Scabinis interrogati et examinati recognouerunt et quilibet
eorum in solidum recognouit, suam propriam manum cum
sigillo nec non etiam manus et sigilla aliorum reliquorum tam
ipsorum modo memoratorum presentium quam etiam absentium
testium in primo dicto instrumento subscribas et apposita
videlicet manus et sigilla Peritris et Enosi Dni Iohannis
Godofredi Baronis de Grauenet Prænobilis Dni Iohannis
Dominici de Serui, nec non itidem prænobilis Dni Christo-
phori Leonardi de Detmanstein, Item Martini Schaller
Notarii, qui omnes et singuli sicuti et ipsi producti testes
in prædicto primo testamento rogati, et adhibiti fuerunt,
addentes et quilibet eorum addens, quod ipse testis ita
subscripsit et subscripserit, et testes suos subscribentes,
et subscripentes uiderunt et uiderunt. Super secundo Instru-
mento uicissim producti sunt, Prænobites, Nobiles, Amplissimi,
et Clarissimi Dni Dñs Wilhelmus Regenkardus, ab Hom-
peschl, Dñs in Bolem, Dñs in Adolphus de Katterbach
Sati

Satrapa de port, Dñs Ioannes Theodorig ab Horst in ro:
san, Dñs Theodorus Althouén Vice Cancellarius, Dñs Petrus
Berchen intimus Consiliarius Sermi Prncipis Lotharengi, D.
Ioannes de Catenis medicina doctor, Dñs Petrus Holtzemig
medicina doctor, nec non D. Anthonius Dript Notarius, uti
testes respectiue et Notarius in secundo instrumento rogati
et assumpti, qui omnes et singuli uicissim à DD Scabinis
examinati recognouerunt et quilibet eorum recognouit solidè
propriam manum cum sigillo, nec non etiam aliorum manus
et sigilla dicto secundo instrumento subscriptas et apposita,
ac singulatim singuli testabantur, quod ad dictam actum
rogati uiderint, ac eidem se subscripserint, illumq; subigna-
runt, aliosq; testes cum Notario subscribentes et subignantes
uiderint. Demum super tertio instrumento producti sunt
Perillvres et Lñori Dñi Ioannes Baro de Reuschenberg
Sacra Cæs^{sa} Mttis Consiliarius Bellicus, et Campi Mar:
schallus, p^{ra}fatus Dñs Baro Ioannes Bertramus de
Weschpffenig Dñs Ioannes Wilhelmus ab Hugenpot, D.
Ioannes Henricus à Winkelhausen, Dñs Fabianus:
Piezenslei dictus Notarius. Anthonius Dript ut pote te
tes

testes, et Notarius in tertio Instrumento requisiti, et assumpti,
qui omnes et singuli per Dⁿⁱs Scabinos examinati, ac quilibet
eorum in solidum examinatus recognouerunt, et recognouit, in
primis manum propriam cum sigillo, deinde manus et sigilla
aliorum in tertio instrumento rogatorum testium, dicentes,
quod rogati ita subscripserunt aliosq; subscribentes uiderunt,
Qua recognitione facta supradictus Dⁿⁱs Licenciatus Schnell,
in eadem qualitate petiit instrumenta huiusmodi seu testamen-
ta et dispositiones praedictas publicari, et pro meliori intellectu
a Nobis Notariis in Latinum Idioma uerti de superq; exemplari
instrumento Seruo Principi Viduo Excellentissimo D^{no} Legato,
atq; aliis quorum interest, et qui petierint exhiberi quam Ver-
sionem Legatus Nobis Notariis concedidit, Et tunc supra me-
morati Dⁿⁱ Doctores Massus, et Kruffi Scabini M^{ti} Sa-
cularis Iudicij Coloniensis, et Iudices Ordinarij Instrumenta
huiusmodi, pro agnitis et recognitis, nec non legalibus, omniq;
iuris carentibus declarauerunt et pronunciarunt, de superq; de-
cretum interposuerunt, mandantes et decernentes petito
modo instrumenta huiusmodi per Notarios infra scriptos
transumi, exemplari, ex Idiome germanico in Latinum uerti,
et in publicam transumpti, ac Instrumenti formam redigi,
f. 170

pro ut ex ipsis originalibus exemplata transumpta et trans
lata ex ordine inferius subiunguntur et sequuntur; Et quia
transumpta huiusmodi per Notarios infra. cerdos. diligenter
vidimata, cum ipsis originalibus collationata et auscultata
sunt ac cum originalibus concordant, idcirco D. N. Scabini
eadem sigillis suis subimpresis munuerunt, decernentes
et declarantes, quod transumptis huiusmodi ubicunq. locum
stetur firmiter, ac iisdem credi et adhiberi debeat talis et
tanta fides, qualis et quanta ipsis originalibus instrumentis
debetur et adhibetur, si ipsa Originalia in medium exhibita
erint, seu exhiberentur; Acta fuerunt et sunt haec Colonia in
cuna, Adm. Rudi et prae nobilis D. N. Gerardi a Pilgrim,
Canonici Illustris Collegii S. Severonis, in aula maiori ibidem,
ibi bene memoratus D. N. Regius Legatus pro tempore com-
morabatur praesentibus ibidem memoratis D. N. Scabini
nec non omnibus et singulis testibus supra nominatis et Nobis
Notariis ad praemissa specialiter requisitis.

Sequuntur nunc ex ordine Instrumenta
de quibus supra fit mentio Primum qui-
dem Instrumentum testamenti erectum Anno
mil

Millesimo, Sexcentesimo, Quadragésimo, Tertio,
Neoburgi.

In Nomine Divinae Sanctissimae Trinitatis Amen,

Vos Anna Catharina Constantia Dei gratia
Comitissa Palatina Rheni, Bavariae, Juliae, Aulicae, et
Montium Ducissa, Comitissa Veldentii, Sponhaemiae,
Marchiae, Ravensbergae et Morsae Domina, in
Rauenstein, & Nata Principissa Poloniae et Sue-
ciae. Notum quidem facimus Universis. Quamvis
Nos hactenus in floridae aetate simul ac optimis vitae nostrae
annis, etiam per omnipotentis Dei gratiam, cui pro hoc me-
rito ex corde gratias agimus, in tam bona corporis valetudine,
et viribus constitutam reperimus, ut quidem in omnipotente
speremus cum ad Divinum suum honorem et cultum, maioremque
animae nostrae salutem, Nobis diutius temporalis vitae aeternae cle-
mentissime largitorem. Quia vero haec in parte Nos latet di-
vinae ipsius voluntas, et quo tempore, anno vel hora ipsi placeat
metam ac finem vitae nostrae ponere. Contra vero Christianae
ac bene recordamur, quod mortales in hoc mundo multis tri-
bulationibus impromissis, accidentibus casibus, ac tandem om-
nino

nino temporali morti semel obnoxii sint, Posteaquam etiam
benignissimus Deus Nos cum Sereno Principe Dno Philippo
Wilhelmo Comite Palatino Rheni, Bavariae Juliae, Cliviae et
Montium Duce, Comite Veldentii Sponhemiae, Marchiae Sa:
uensbergae et Moraviae & Dno in Ravenstein, & dilectissimo
Dno et Coniuge Nro Matrimonio coniunxit, in eoque fructu:
corporis Nos clementissimè benedixit, tempusq; partus Nostri
appropinquet. Hinc optamus et rogamus quidem Deum
Omnipotentem ut ad Sanctissimi Nominis sui gloriam Ca:
tholicae Ecclesiae utilitatem gaudiumq; dilectissimi Dni
et Coniugis Nri ac propagationem dilectionis suae Serena
Domus Nobis horam prosperam, laetum partum, incruentumq;
haeredem clementissimè ac paternè concedere dignetur;
Et vero in omnem eventum, pro ut altissimo pronunc, uel in:
posterum, pro divina sua bonitatis benefacito, disponere
placebit, de uoluntate ac intentione Nra constet qualiter
post mortem Nram quandocumq; illa secundum Dei uolun:
tatem accidet super iis quae à dilectissimis parentibus:
Nris pia memoria Nobis relicta sunt, et quae praeterea ac:
quiritimus et obtinimus, ulterius acquirere, disponere
ueling

uelimus. Ea propter dilectissimum Dñm et Coniugem Nrm
regamus, et requirimus ac erga dilectionem suam, in dubio
confidimus, casu quo altissimus ante ipsum Nos morte tempo-
rali ex hoc mundo euocauerit, tum dilectio sua o solum ca-
dauer Nrm Principum ac Christiano Catholico more in locum
quietis deferre, verum etiam Dñm Deum pro anima Nra
Fideliter, diligenter, et zelose, tam perseipsum qm per alios pios
ac deuotos Ecclesiasticos et seculares inuocari, et precari
procurabit. Et quia stante Matrimonio nro singulares di-
lectionis sua erga Nos tenerrimi et cordiales affectus, et in-
clinabiles demonstrades, experti sumus, et de die in diem, de
hora in horam, magis magisq; experimur, ita ut nesciamus
qualiter diebus uita Nra erga Dilectionem Suam Nos satis
gratam ostendere, illudq; erga illam rursum demereri possim.
Nunc constans bene deliberata et ultima Nra voluntas, et
mens est, pro ut nos disponimus, ordinamus, ac volumus, et
hisce et tenore sententiarum omnibus melioribus, et efficacioribus,
modo, uia, et Forma, quibus id de iure efficacius fieri potest,
ac debet, ut casu quo Nos ante dilectissimum Dñm et Coniu-
gem Nrm temporali morte seruius aut citius quando id Dño
Deo placitum fuerit, ex hac uita migrare, nulliq; heredes
ex

ex utriusq[ue] Nominis corpore suscitatos relinquere, aut si il-
los relinquamus, qui equidem absq[ue] legitimis descendenti-
bus ante ipsorum Dn[omi] Parentem decederent bene memoratus
Dn[omi] N[ost]r[us] et Coniunx ex tunc tam in N[ost]ra dilectioni sua allata
à Regia M[ate] Poloniæ dilectissimo N[ost]ro D[omi]no et Fr[at]ri Nobis p[ro]-
missa dote, q[ui]a etiam n[ost]ris in Regno Neapolitano extantibus
summis capitalibus, accessis, et in futurum cedendis redditib[us]
prouentibus, censibus, prout similiter in iis à Cesarea M[ate]
Nobis debitis ex bono Wittengaw et alias Hypothecatis capita-
libus et pensionibus, Item in bono Linc[ie] in eor[um] Nobis compe-
tente iure, ac quæ à Duce Sorunsurcensi exigere habemus
et tum in genere, et in specie, in omnibus aliis bonis mobilibus
et immobilibus scilicet annulis, ceterisq[ue] gemmis aurea
et argentea suppellectile, tapetibus, seruis, et linens, om-
nibusq[ue] aliis mobilibus et immobilibus bonis, Iuribus et a-
ctionibus, quæ de p[re]senti obtinemus aut in futurum obtine-
bimus utriusq[ue] illa sita fuerint, nullis exceptis Nobis p[ro]uide
succedet, eaq[ue] plenarie habebit ac pro se sine ullius con-
tradictione et impedimento hereditarie ac proprie-
tariæ possidebit et retinebit, Prout dilectionem suam
in omnibus et singulis tenore p[re]sentium ex animo delibe-
rato.

rato, ac libera voluntate sine metu in unicum ineluctatum,
Universalem heredem nostrum omni meliori modo nominamus,
instituiamus, et ordinamus, Si vero altissimus Nobis unum vel
plures de corpore nostro heredes concedat, tunc is, vel illi ex
hereditate nostra sibi competentem legitimam: in qua etiam vi-
gere sentiam illius instituta volumus, precipuam habebunt
et fruuntur, cetera vero omnia bene memorato dilectissimo
Dno et Coniugi nostro nihilominus manebunt, nihil dubitantes
dilectionem suam non eo minus pro se ipso Hereditatem nostram proli,
quam dilectioni sua omni meliori modo commendamus, non so-
lum ex hereditate nostra, perum etiam alias et multo magis
ex dilectionis sua bonis omnem paternam gratiam, amorem, et
affectum iuxta meritum earundem demonstrare, et intermittere,
Sicut similiter Dilectionem suam rogamus, quatenus illa sit
obitum nostrum omnibus iis, qui tempore vite nostre fideliter No-
bis inservierunt, non solum residuum, sed etiam, cuilibet
iuxta qualitatem et meritum, quod tamen dilectionis sua
beneficentia relinquatur remunerare et recompensare dignetur,
Votumus quoque, ut haec nostra dispositio quamvis illa formam et
requisita solennis testamenti non habeat, eundem eo et omni
meliori modo, quo cuiusvis huius extrema voluntas, vel quod-
vis alia dispositio inter vivos, vel mortis causa de iure ulla ratione
sub

subsistere p̄t firma et ualida sit, et à quibuscunq̄ p̄tali
inviolabiliter obseruari exequi et reputari debeat. In cuius
fidem robur et firmamentum presentem dispositionem nr̄am
propria manu subscripsimus, Sigilloq̄ Nro subimpreso munim;
nimus, ac p̄pterea retroscriptum Notarium et Septes requir;
simus, quatenus in veritatis testimonium, et maiorem Con;
firmationem similiter subscriberent et sigilla sua in spacio
apponerent. Actum in Cite Neoburgo 24 Mensis Ianuarii
Anno à Natiuitate Chri. Millesimo Sexcentesimo Quadra;
gesimo Tertio, erat subscriptum

Anna, Catharina, Constantia, Comitissa,
Palatina.

Sequitur nunc Actus
Notarii

Quod à Serma Prince ac Dna Dna Anna Catha;
rina Constantia Comitissa Palatina Rheni Bavarie,
Sulcie, Churie, et Montium Ducissa, Comitissa Veldena;
tij Sponhemie, Marchie, Rauenberge et Morie, Dna
in Rauenstein, nata Princeps Polonia et Suecia & ho;
die

die 25 Ianuarii Anno Millesimo Sexcentesimo
Quadragesimo Tertio, intra quintam et sextam ho:
ras uesperinas ad oratorium Serenitatis Suae Clementiss^{me}
uocatus, mihiq^{ue} a Serenitate Suae in praesentia infra scriptorum Do:
minorum Testium clementissimè expositum, quod eadem praesentim
hoc bellicoso et periculoso tempore pro maiori securi:
tate, et tranquillitate conscientia sua in casum mortis
in manibus Dei constitutum dispositionem ultimam volun:
tatis in praesentibus tribus papiri foliis Serenitatis Suae pro:
priae manibus subscriptis, eiusdemq^{ue} Serenitatis Secretario
confirmatis redegerit, ea propter Serenitatis post exhibitio:
nem testamentaria sua conscripta dispositionis, Clemen:
tissimè me requisitum voluit, quatenus ex debito officii
Notariatus manu propria et subscriptione etiam consueto
Notariatus signo et sigillo attestarem, in praecedentibus tribus
foliis comprehensum Testamenti tenorem, casu quo pro diuino
benefacito ipsam mori, et non aliter disponere contingeret
eae ultimam et extremam Sertis Suae Clementissimam di:
spositionem, Et quia ego officii mei omnino memor inferius
etiam subscripta Domini uti testes praehabita sufficienti in:
formave specialiter rogati et requisiti ad testandum unam
mecum.

mecum quod premissa prout prefertur contigerit. Quare in fidem
premissorum manu propria subscripsi et solitum meum Notariatus
signum et sigillum subimpressi. Actum Neoburgi tempore et loco
quibus supra 25 Ianuarii Anno 1645 erat subscriptum.

Locus
Signi No
tariatus

Locus
Sigilli

Martinus Schaller

Sequuntur subscriptiones
testium

Locus
Pilzei

Ioannes Godefridus Baro in grauenegg

Locus
Pilzei

Ioannes Bertramus Weschpfenning Baro
de Scheidt,

LP.

Ioannes Dominico de Serui

LP.

Theodorus Althouen

LP.

Christophorus Leonhardus de Detmanstein

LP.

Wernerus Baro de Gymnic

LP.

Hermanus de Hoäschteden.

Sequitur

Sequitur nunc secundum Instrumentum erecti Testamenti in arce Bensberg Anno 1649

Dei gratia Anna Catharina Constantia Comitissa Palatina Rheni, Bavaria, Tylic, Silesia, et Montium Ducissa Comitissa Veldentii, Sponhemia, Marchia, Ravensberga et Moravia, Dna in Ravenstein nata Regia Princeps Poloniae et Sueciae & Notum facimus, et testamur per presentes Universis. Postquam Deus omnipotens aliquot ab hinc diebus, nos corporis debilitate paternie visitavit, qua occasione, quo diutius, eo magis corde, animoque perspeximus, quod mortales omnes cuiuscunque dignitatis, statusque sint, naturali morti semel subiecti sint, eius quo hora incerta est, providere quilibet paratus esse, et aequè pro anima, quae maximus hominis thesaurus est, quam super terrenis bonis in tempore, ita disponere debet, ut imprimis anima, quando à mortali corpore dissolvetur, sortem caelestis Regni, ad quod

ab

ab Omnipotenti creata est, adipisci mereatur, quo ad tempo-
ralia vero bona omnibus controuersis et dissensionibus pro-
posse proueniatur et caueatur. Quocirca Nos Anna Ca-
tharina Constantia prae memorata ante omnia, et imprimis
in illa hora, quâ benignissimus Deus, siue in hac nobis
immissa aduersa ualitudine, siue deinceps prouersutabili,
diuina sua bonitatis beneplacite animam Nostram ex hac tem-
porali uita euocauerit, eandem in abissum sua misericor-
dia ex intimo corde commendamus, suamque omnipotentiam
precamur, ut per merita amarissimae passionis et mortis
Unigeniti sui Filii Redemptoris et Saluatoris Nostrae Iesu Christi
eandem secum clementissimè in aeternam quietem et beati-
tudinem assumere dignetur, cadauer quoque Nostrum terra, de-
qua sumptum est, commendamus, requirentes dilectissimum
Nostrum et Coniugem Nostrum ut dilectio sua illud Christiano Ca-
tholico more iuxta statum Nostrum congruè, citra tamen super-
fluum pompam sepultura tradere velit.

Quantum deinde temporalia Nostra bona attinet, recordamur
qualitèr iam ante hac Anno 1643 extrema Nostrae uolun-
tatis dispositionem mature et deliberatè condidimus,
bene memoratum dilectissimum Nostrum Coniugem Henricum
Prin:

Sermum Principem Philippum Wilhelmum Comitem Pala-
tinum Rheni, Bauaria, Iulia, Chiria, et Montium Ducem,
Comitem Veldentii, Spontemiam, Marchiam, Rauenbergam, et
Morsam, Dominum in Nauenstein et Vniuersalem Nrum et Vi-
nicum heredem omnium nrorum mobilium et immobilium,
bonorum nominauerimus, declarauerimus, et instituerimus.
Et quia Omnipotens interea prole nos nondum benedixit,
nos pro continuo stante Nro Matrimonio ab athenemorato
Charis, Dno Nro coniuge tam sinceram dilectionem, fidem,
singularemque affectionem erga nos cognouimus, et experta sumus,
ut proinde summopere obligatam nos fateamur. Dilectioni
sue non solum parem recipiamusque charitatem, et affectionem,
quamdiu Nobis Deus vitam concesserit, rependere peruen-
etiam uita nra functa, reale aliquot iugis, fidei, et gratitudinis,
Nre memoriale relinquere, cumque in factis Nris expresse pro-
missum et reseruatam sit quodaque super omnibus Nostreis
possessionibus et bonis quibus super dote disponere ualeamus.
• Idcirco uolumus memoratam Nram testamentariam dispo-
sitionem, et quidquid in ea ad commodum Dni et coniugis
Nri ordinauerimus, non solum per presentes bene deliberato
animo liberaque uoluntate sine omni metu, et citra cuiusuis
hniis

hinc inductionem uel persuasionem, prout melius et effica:
cius fieri potest, denuo approbare ratificare et confirmare, prout
per presentes omni meliori modo realiter approbamus et confir:
mamus, imò nominamus, instituímus, et ordinamus, presen:
tium uigore de nouo et iterum bene memoratum dilectissim^o
Dñum Nrum Pringem, D. Philippum Wilhelmum Comitem
Palatinum Nrum Vnicum Vniuersalem heredem et successore
omnium Nrorum mobilium et immobilium bonorum moniliu,
seu Menodiarum, aureorum et argenteorum ornamentorum,
etiam reliquiarum, altaris et Ecclesie ornamentorum, prout
etiam omnium Nrorum mobilium et immobilium antichre:
seon obligationum, actionum, petitionum, et iurium, quidam
horum a quondam Clementino et dilectissimo D. N. Patre,
et D. Matre, piensissima memoria, successione, et quous
alio titulo et modo obtinemus, in specie uo reditus obligades,
et iura quae Nobis pro quota Nra in Regno Neapolitano, ex
utraque ciuitate Terra guylhelmo et Castel a Mare spectant,
prout quoque omnium actionum et iurium, quae uigore Pactoru
Nrorum dotalium, inuidiq; a DD. Nris Fratribus facta pro:
missione tam rade dotis qm a Nuper alias tam a Nro puen:
te Iunioris D. Fré, quam a nuper defuncta Regia Matre, Jo:
Conia eiusq; heredibus et testamenti executoribus iure
cre

crediti aliasq; pretendere habemus.

Estq; Nra ultima firma bene deliberata uoluntas, et intentio
ut dilectissimus Dñs Nr et coniunx in hisce alijsq; omnib; q;
licet perfrates in specie expressum sit, siue non, in quouis demum
Regno, aut. Prouinciâ hæc omnia sita sint quocunq; etiam nõe
censeantur, siue eadem de p̄senti realiter possideamus, uel,
qua Nobis alias quouis legitimo titulo, iure, uel actione, spectant,
ac debentur singulariter etiam in quota Nra in Dño Suiuel
et Podina metallina olleus in Regno Polonia situata nosster
indubitatus, p̄mis et coniunx. Uniuersalis hæres, et succor ee,
eadem Nra bona, et hæreditatem post exitum uitæ nostræ
statim in realem possessionem et proprietatem pleno et ab-
soluto iure, capere, possidere, frui, et gaudere hæreditarie,
et proprietarie habere, et retinere possit, et valeat, desuperq;
pro beneplacito, uti cum alijs Dilectionis suæ proprijs bonis citra
cuiuscunq; impedimentum, prout libuerit, et placuerit, disponendi,
regendi, et ordinandi, p̄tatem et auctoritatem habere debeat.
Attamen dilectionem Tuam peramanter requisimus et roga-
nimus ut ex huiusmodi Nra hæreditate et bonis sequentia
legata, qua; conii alteriq; perfrates, ac harum serie facimus,
et legamus, pro beneuolito affectu præstare velit.

Et imprimis quidem quia uoluntas et petitio Nra est, si ali

altissimo placeat, Nos breui uel ex intervallo in hisce inferiori-
bus Prouincijs per temporalem mortem auocare, ut ex tunc corpus
Nrum Dusseldorpii in templo Primi Societatis IESU alias uero
si in Ducatu Neoburgico, uel in illis finibus Nos mori contingeret,
extunc in templo Societatis Iesu Neoburgi sepeliri debeat, idcirco
legamus Collegio Cuitatis huiusmodi, uel Ecclesia in quas Nos
occurrente casu iam dicto sepeliri contingerit bis mille ducatos, uel
ualorem eorundem in pecunia, qui ex Nris augetis, uel alias
ex hereditate Nra desumi et solui debent. Præterea magnam
cruceam argenteam cum sex magnis argenteis candelabris, item
quatuor acui pictos ornatus plenarie, qui ex Nra hereditate
perfici et elaborari dnt, Contra requirimus dictum Collegium,
ut tali modo et forma prout in societate moris est, in dicta
Ecclesia non solum anni uersarum, in die quo sepultura Nra
fuerit, quotannis seruare, sed etiam quolibet Feria secunda
sacramentum missæ pro anima Nra D. D. E. offerre uelint.
In altera uero Ecclesia datum Societatis Iesu Neoburgi, uel Dussel-
dorpii, ubi sepulturam Nram non habedimus, damus unam pe-
stem auream sponsalitiã. In Ecclesia Primi Societatis IESU
Neoburgi siue ibidem sepeliãmur, siue non, donamus maiorem
deauratam lampadem quã ante Venerabile Sacramentum
utuntur, præterea adhuc duas argenteas lampades coram
altari Nre Dna, eidem Collegio bis mille floreni, quos pro
comi

competentia P^{ri}s Caroli assignauimus perpetuo manebunt Ec-
clesia P^{ri}m Soci. IESV Dusseldorpii legamus 4 argenteas
Lampades, Monasteriis et Hospitalibus illius Cuitatis, in qua
uti praefertur sepultura N^{ra} erit damus mille ducatus, Mo-
derna N^{ri} Confessarii Patris Ioannis Horst M^{ri} et Juniori
Sorori legamus mille imperiales, praeterea Item pro Eleemosinis
inter paupere. similiter erogandis mille ducatus, Praeterea
tam Matri et Juniori Sorori Vncuiq; togam cum ista condone
ut post obitum M^{ri}s quota ipsius ex dicto legato uidet quinzen-
ti imperiales dicta Juniori Filia, illiusq; Prohibus, nisi praemen-
tionatus Pater Confessarius de superaliter ordinauerit quod
Nos Reuerentia sua beneplacito committimus cedere debeant,
Simile Legatum in pecunia, et togis facimus n^{ri} dilectissimi
Dⁿⁱ et Coniugis Confessarii Patris Michaelis Conuelior Matri
et Sororibus, Orphanis Neoburgi damus quingentos imperiales,
Dilectissimi Dⁿⁱ et Coniugis N^{ri} D^{no} P^{ri} dabitur ex N^{ra}
hereditate kleinodia qm oculum nominamus, cum in sorto
magno adlamante, p^{lanc} cum tribus unionibus et dilectionis
sua D. Matri torquem ex unionibus, DVCS Bipontini
Filia P^{ri}ncipi Luadonica dabuntur fasciae erinales adamantina
Suprema N^{ra} Praefecta Anna de Homperch Vidua Siburg legamus
taccatam adamantinam catenam, et Cleinodiam qua ex N^{ri}s
Cleinodius cum illa melius conueniet, una cum catena, ex auro

fusa, et cum nigra acu picta toga cum antependio et apperinciis,
et in pecuniis mille imperiales, et uolumus ut præter salarium re-
stant eidem adhuc quatuor annorum solarium soluatur.

Nram Camerariam Baronissam Susannam Elisabetham
de Brancz donamus propter fidelia Nobis præstita obse-
quia, et sedulum ministerium catena adamantina gemma,
una cum monili et fasciis congruis, item catena aurea aut:
decuplata, in qua alternatim unus annulus aequalis, alter in-
qualis, Item fiana argenteo intertexta toga una cum aliis quinque
uestibus sericis et simplici funiculo colari ex pinnibus, nec non
sex mille imperialibus in pecunia. Magdalena Agneta de Ser-
ui legamus similiter monile Baccatum cum torque præterea
unam auro textam, et binas sericas vestes, et in pecunia mille
imperiales præter restantias quatuor ^{annorum} ~~mille~~ salarium.
Anna Elisabetha ab Horst nata à Wegensberg fasciis cum
monili. Claudia Catharina de Hompesch torquem cum monili
etiam tribus togis in pecunia quingentos imperiales et qua-
tuor annorum solarium. Maria Margaretha de Buwyr:
fascies cum Kleinodia, item auro intertextam, et sericam togam,
et in pecunia trecentos imperiales. Cameraria Nra Susanna
uel hæredibus illius legamus quintuplicem baccatam tor-
quem, binas, nigras, sericas vestes, in pecunia mille imperia-
les

les unâ cum salario quadriennali. Item præfecta et ministri,
Camera diuident inuicem suppellectilem, et usualia argentea
et alia quibus in camera et pro corpore Nro quotidie usafuimus,
Weylerin fascias, colarem quadruplicem baccatum torquem, unâ
auro intertextam duas sericas pestes unam Kleinodiam et
mille imperiales. Anna Lenin fasciulam cum monili pararmil
larum. cum lapillis medicinatis quatuor pestes, item 500 im.
fltes et quadriennale salarium. Coqua Anna Dumin torquem,
onas uestes, ducentos imperiales, quadriennale salarium, et de
argenteis nonnulla iuxta discretionem, et libitum D Nostri
Coniugis Anna Maria similiter torquem, cum Kleinodia et du:
abus sericis uestibus quingentos imperiales et quatuor annorum
salarium. Domicellariu ancillis dâmus Coniugis togam, et
100 imfltes una cum quadriennali salario, et unicuiq; aliquid
de argenteis Culnaria ancilla 100. Imfltes uestem et quatuor
annorum salarium, Joanni Bartrano Weschffenning Baroni
de Scheidt legamus suppellectilem, siue seruitium argenteum,
pro una persona, Similiter in argento ualorem mille Imperialium
damus. Præfecto Serui, Vice Cancellario Theodoro Althouen
dabitur ex argenteis nris ualor mille imperialium. Dilectis
simi Dni Nri Coniugis Nriq; medico Doctori Wybel dabitur
magna Nra aurea catena Ingolstadtii oppignorata præter unam
pecuniam facientem quadriennale salarium, unâ cum restantibus
dicitur

dicta q̄ catena redimetur liberat̄ ipsi tradetur. Dilectionis
sua Secretario. Michaeli Leis et Danieli Krabber legamus :
uniuscuiq̄ sexcentos Imperiales in pecunia, unam vestem et
memoriale ex argenteis, Magistro Simoni damus tres vestes,
quingentos imperiales, quatuordecim annale salarium et aliquid
de argenteis, Chirurgo Joanni Daniel quatuor annorum
salarium una cum vestantiis auream paternam unam ue-
stem et trecentos imptes. Tantundem assignamus etiam
Michaeli Camera ministro. Apothecario dabuntur qua-
dringenti imptes, præter quadriennale salarium, et vestis
et nonnihil de argenteis. Ita quoq̄ defuncti Apothecarii Jo-
annis relicta proli qm Nos e fonte Baptismali lenari cura-
vimus, dabuntur quingenti imptes. Maximiliano de la
Marche legamus centum ducatus in pecunia cum veste,
Vtriq̄ vicini Joanni Georgio Hüller et Joanni Georgio
Husling cuiuslibet centum quinquaginta imptes in pecunia
et vestem, Familiis Nris a pedibus cuiq̄ pecuniam du-
centum imptes, cum quadriennale salario, veste, et discre-
tione ex argenteis, Etiam Nri Dni Coniugis, Nri Camera
ministeris, excepto chirurgo cuius superius singulariter re-
cordati sumus, uniuscuiq̄ ducentos, et Dilectionis sua fa-
mulis, a pedibus cuiq̄ centum imperiales dabuntur. Cuius
Nri Georgio Pompeio assignamus similiter in pecunia
du-

ducentos imperiales, unam Vestem et nonnihil ex argenteis.
Instructora fornacis centum quinquaginta implet una cum qua:
Arrenali salario et ueste una Demum requirimus Dile:
ctissimum Dñm et Coniugem Nrum, ut dilectio sua prefata
legata, una cum debitis Nris ac quicquid uni alteriue Neoburgi
Dusseldorpii uel alibi debemus, quanto citius satis faciat, et
unum quemq; decenter contentum reddat, prout in dilectione
sua confidimus, nec ullatenus hac in parte dubitamus. Ut qd
dilectio sua hoc et melius expedire exequi ualeat, et hac in
parte defectus non sit, in casu quoq; intermissionis uel dilatio
anima nra in futuro seculo non grauetur. Hinc requirimus
Regias Maiestates Hispaniarum, et Poloniae, prout quoq; Juniores
Dñm Fr̄em Nrum Principem Carolum, et nuper defunctae
Regiae Matris executores, quatenus certum ordinem dare,
et promouere dignentur. ut Dño Nro Coniugi et instituto h̄e:
redi, tam in Regno Neapolitano, nobis competentes restantiae,
annuig; redditus, qm̄ etiam id quod in Regno Polonia, et ex:
alce memorata sua Regiae Matris testamento, et ex debitis penes
eamdem Nobis restantibus, prout quoq; iure Paatorum ante
nuptialium de iure competit, nte et confestim extrahatur,
prompte exsoluatur, et contentetur, taliterq; haec ultima Nra
uoluntas eo melius exequatur. Praeterea resemamus Nobis
